



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
VE RI TAS







IULI FIRMICI MATERNI V C
DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM

P. 66


EDIDIT

KONRAT ZIEGLER

ADIECTAE SUNT DUAE TABULAE PHOTOTYPICAE



MCMVII
LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI



LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

HERMANNO ZIMPEL

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

S

PRAEFATIO.

Matthias Flacius Illyricus strenuus Lutheri successor[1]) dum in conscribenda 'historia ecclesiastica' occupatus bibliothecas acri studio perscrutatur, Mindae in codicem quendam incidit continentem 'Iulij Firmici Materni V. C. de errore profanarum religionum ad Constantium & Constantem Augustos librum', quem cum et ineditum esse cognosceret et 'dignissimum libellum qui extet', censeret 'tum propter sermonis elegantiam, tum propter vetustatis Ethnicae simul et Christianae, quae in eo continetur cognitionem', typis mandandum curavit Argentinae apud Paulum Machaeropoeum, sumptibus Iohannis Oporini, anno MDLXII. Tanta autem neglegentia munere suo functus est Flacius cum in textu Latino constituendo tum in exprimendis verbis Graecis ex Homero vel aliunde excerptis — quae quam spurcis mendis horreant, vix dici potest —, ut permulta emendanda posteris relinqueret, qui in resarciendo textu ab editore primo obscurato potius quam in lucem edito multum frustra desudarunt propterea, quod Flacii codicem per ter centenos annos invenire et inspicere non potuerunt. § 1

Primus igitur post Flacium Ioannes a Wower, cuius editio anno MDCIII ex bibliopolio Frobeniano prodiit (Hamburgi), Firmico operam studiumque ita navavit, ut iure in calce libelli glorietur 'ex subverbusto, ut antiqui loquebantur, non dedititium, sed in fraudem legis Aeliae Sentiae civem Romanum' Firmicum se fecisse. Is

1) Cf. Wilhelm Preger, Matth. Flac. Illyr. und seine Zeit, 2 voll., Erlangen 1859/61.

multos Flacii errores in notis, plures tacitus in textu ita correxit, ut plus semel Flacii sordibus detersis codicis verba divinando restituerit, nec rarius, ubi codicis menda Flacius expressit, certissimas emendationes invenit. Additae sunt multae neque inutiles notae et Iosephi Scaligeri epistula, cuius ingenio loci quidam optime sanantur. Multo igitur maiora Woweri in Firmicum merita, quam ex nostra editione ad codicem rursus emersum accurate recensita apparet; quod ideo tenendum, ne iure videatur veritus esse, ne 'maiorem indubie laborem quam laudem' in Firmico emendando inveniret.

Woweri opera fundamento usi sunt per duo saecula, qui post eum Firmici libellum ediderunt. Adiecerunt sane plures adnotationes, quibus res mythologicae quaeque de mysteriis Firmicus tradit illustrarentur, ipsis vero verbis nemo operam dedit, nisi quod I. Fr. Gronovius de locis quibusdam egit in monobiblo observatorum in scriptoribus ecclesiasticis, Daventriae 1651 (c. 9, p. 92—98). Talium editionum seriem descriptam habes apud Muenterum p. XXIX, unde capitum divisionem in editione Oberthueriana (Wirceburgi 1783) prima esse institutam discimus.[1]) Paragraphos Halmius addidit.

Fridericus Muenter, episcopus Selandiae, Hauniae MDCCCXXVI Firmici libellum edidit instructum rerum verborumque commentario locupletissimo et praefatione, qua Iani Michaelis Hertzii nisus dissertatione 'De Iulio Firmico Materno eiusque inprimis de errore profanarum religionum libello', Hauniae 1817, de scriptoris nomine aetate vita ac de scripti fontibus origine argumento optime plerumque disserit. Quae omnia ad verbum expressa sunt in Patrologiae Parisinae quam Migne composuit tomo XII (1845).

Secuta est Muenteri curas Francisci Oehleri editio

1) Hanc divisionem leviter mutavit Oehlerus, qui pristina capita XI et XII in unum contraxit. Oehlerum nos (cum Bursiano et Halmio) secuti sumus.

(in 'Bibliothecae Patrum Ecclesiasticorum Latinorum selectae ... editae curante E. G. Gersdorf' vol. XIII, Lipsiae 1847, p. 57—120) eo insignis, quod primus Oehlerus ad criticae artis leges textum recensuit. Ipsum sane Flacii codicem invenire non potuit, sed memoratu digna sunt, quae de hoc argumento p. VII epistulae ad Fr. Aug. Ecksteinium editioni praemissae exposuit: 'Ad libellum Iulii Firmici Materni de Errore Profanarum Religionum aliud subsidium comparare mihi nullum licuit praeter exemplum aliquod editionis principis anni 1562. Nam de Codice Mindensi, ex quo Flacius Illyricus Firmici opusculum se edidisse ipse in praefatione sua profitetur, scripseram quidem ad V. D. Immanuel, Gymnasii Mindensis Rectorem, sed mox certior factus sum a V. D. Immanuel et a Mooyer, Viro Humanissimo, illum iam per centum et triginta abhinc annos desiderari neque in vicinarum urbium bibliothecis, ut Hannoverana Ducis Cantabrigiensis et Bremensi, in quas ex Mindensibus thesauris multa olim delata esse constat, neque volam neque vestigium eius comparuisse ullum.' Hac igitur spe dissoluta Oehlerus tamen non satis habuit Woweri textum — quod priores omnes ne Muentero quidem excepto fecerant — expressisse, sed ad ipsam editionem principem suam editionem diligenter nec sine aliquo fructu recensuit.

Sed aliquot annis post felici casu Conrado Bursian contigit, ut in Bibliotheca Vaticana inter libros Palatinos codicem inveniret numero 165 signatum, qui cum adiectis quibusdam capitibus libri X recognitionum Pseudoclementinarum Firmici librum illum contineret quemque eundem esse ac Flacii exemplum statim intellegeret. Ad eum igitur codicem religiosa ut dicit diligentia collatum Lipsiae anno 1856 novam Firmici editionem curavit, et confitendum hanc Bursiani operam, quippe qui primus codicem excusserit, si minus laudandam esse, at tamen usum aliquem praebuisse.

Quod negandum de ea quae Bursianeam excepit editione, Halmianam dico, quae in volumine II corporis

quod dicimus Vindobonensis anno 1867 prodiit. Halmius ut ceterum strenui philologi laude fruitur, ita in hoc quidem scriptore edendo incredibili fere neglegentia ac levitate quadam nullo modo excusanda grassatus est. Eo autem maxime vituperandus est, quod quae ab ipsa librarii manu in codice scripta essent, quae evanuissent, quae a manu recentiore renovata essent, minime satis accurate significavit, quamvis plus semel polliceatur. Sed etiam graviore quam Halmius reprehensione Lorenzius dignus, vir de Plauto quidem bene meritus, in Firmicum autem gravi peccatorum onere depressus. Qui cum aliquot codicis scripturae a Bursiano non satis dispectae Wilmannsii opera pristinum splendorem consecutae essent, suscepto negotio codicis iterum conferendi quae debebat adeo non praestitit, ut pessimam omnium esse Halmii editionem Lorenzii collatione innisam mitissimus quisque iudicare debeat. Cum multi Flacii errores non correcti sunt, tum loci quidam, qui in prioribus editionibus e Flaciana expressis rectius legebantur, in Halmiana (ut in Bursianea) miserum in modum depravati sunt, cum, quibus manus recentior puras membranas polluit, ea genuinis Firmici verbis a Flacio ex integro codice excussis isti praetulerint.

Halmiana quam indigna bonae editionis nomine esset, per triginta annos philologos fugit. Tunc demum Krollius, cum una cum Skutschio Firmici Materni Matheseos libros recensere coepisset, nimis neglegenter ab Halmio hunc textum tractatum esse intellexit (Berl. phil. Wchschr. XVII 1481). Quod paulo post Skutschius comparatis exemplis photographicis earum codicis paginarum quae difficillimae sunt lectu, etiam clarius perspexit et de eo argumento in Mus. Rhen. vol. LX, p. 262 sqq. fusius egit. Ibidem et adhibitis fontibus, quos Firmicus descripsit, et collatis locis similibus Matheseos (quod iam Krollius l. c. fecerat) et observatis legibus clausulae rhythmicae sat multos locos correxit. Deinde Skutschio auctore nos ad paginas illas codicis situ vel madore confectas denuo adgressi acri investigatione haud

mediocrem numerum plane novarum lectionum et emendationum expiscati sumus, de quibus Mus. Rhen. LX, 273—296 rettulimus. Deinde vero superiore hieme toto codice excusso alteram messem fecimus haud spernendam, quae res § 6 accuratius tractabitur. Nec denique Theodorus Friedrich praetermittendus, qui in dissertationis 'In Iulii Firmici Materni de errore profanarum religionum libellum quaestiones' (Bonnae 1905) capite primo ('Quaestiones criticae') etsi Halmianae vilitate deceptus de ratione, quae intercederet inter nostrum Palatinum et Flacii codicem Mindensem, falsum iudicium tulit, tamen de compluribus locis non sine bono fructu egit et A. Dieterichii coniecturas quasdam palmares publici iuris fecit.

Ad ipsius codicis unici iam transgrediamur descrip- § 2
tionem. Codex Vaticanus Palatinus Latinus 165 *P*
(*P*) scriptus est in Germania saec. IX — X. Traubei enim *τοῦ μακαρίτου* de eo verba sunt haec (in litteris ad Skutschium datis, v. Mus. Rhen. LX 265 adn.): 'Die zweite Hand kann sehr wohl saec. XVI sein; die erste ganz gut deutsch, ob auch Mindisch, kann ich und läßt sich wohl überhaupt schwer sagen. Unmöglich ist es gewiß nicht, daß die Handschrift nicht nur Minden gehörte, sondern dort auch saec. X geschrieben wurde. Vgl. meine Bemerkungen zur 7. Auflage von Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen I, S. 380f. Wahrscheinlich scheint mir indessen, daß sie karolingisch und nicht ottonisch ist.'[1]) Continet codex nunc — post unum folium postea additum, in quo praeter numeros quosdam notasve titulus legitur hic a manu s. XVI vel XVII scriptus: 'Iulii Firmici Materni Viri Consularis de errore profanarum religionum' — 36 folia formae quartae minoris, quorum quater octonis (5—36) IV quaterniones quos dicunt formantur, quattuor priora folia (1—4) reliquiae sunt quaternionis — nisi forte trinio fuit vel quinio, quod quamquam vix

1) Plura de eo codice in Traubei schedis relictis non inveniri scribit Bollius.

credimus prorsus infitias ire non possumus —, cuius et prima et ultima bina folia inter se conexa perierunt.

Restant igitur foll. 3. 4. 5. 6. (nunc 1. 2. 3 4.)

Perierunt „ 1. 2. 7. 8.

Quo factum est, ut et initio Firmici libellus mutilus sit, et post fol. 4 magna hiet lacuna cum magno dolore nostro, quoniam ibi de Mithrae sacris accurate auctor egit. Atqui librum Flacii Mindensem isdem lacunis dedecoratum fuisse docet editio princeps ex eo expressa. Confiteamur igitur necesse est, quoniam ipsius codicis Palatini mutilatione iactura illa pretiosissimarum membranarum facta est, Flacii codicem Mindensem eundem fuisse ac nostrum Palatinum. Quod Mus. Rhen. LX p. 417 sq. disertis verbis explicavimus.

Singuli quaterniones priusquam per bibliopegum compingerentur, separati loco quodam madido servabantur, quo accidit, ut primae cuiusque et ultimae singulorum quaternionum paginae scriptura evanesceret. Sunt folia 1^r, 4^v, 5^r, 12^v, 13^r, 20^v, 21^r, 28^v, 29^r; accedunt folia 2^v et 3^r, i. e. interiores paginae quaternionis primi, et foliorum 16^v et 17^r, i. e. interiorum quaternionis tertii paginarum, partes superiores.

Correcturae nisi certis quibusdam locis non multae inveniuntur. Quarum paucissimae ab ipso librario illatae sunt velut cap. XV 5 *remedia* corr. m. 1. ex *remediũ* et alibi. Ceterae correcturae trium manuum sunt.

p 1. *p* est manus vetusta, quae pusilla vitia correxit nisi quod c. II 3 *repperiri* supra lineam addidit et XXV 2 *recepit* correxit ex *accepit*. Praeterea hic illic singulae litterae quae exalbuerant a *p* videntur esse renovatae. Huic denique correctori debentur numeri, qui in extremis singulorum quaternionum paginis in margine inferiori extant. Legimus enim in fol. 12^v: II; fol. 20^v: III;

fol. 28^v: IIII; fol. 36^v (in fine libri): V. In fol. 4^v nullus est numerus. Unde concludere licet, cum corrector *p* hosce numeros inferret, integrum tunc primum quaternionem fuisse, nunc et iam s. XVI lacerum. Quo sententia quodammodo commendatur, quae adhuc ferebatur nullis allatis causis, plura quam duo folia prima libelli Firmiciani non interisse, quod sane etiam ex ipso libelli argumento et indole coniciendum est. Quamquam prorsus negare non licet iam antequam corrector *p* integrum quaternionem primum numero I ornaret, codicem mutilari, scilicet uno vel pluribus quaternionibus orbari potuisse.

2. π_1 signavimus manum recentiorem, s. XVI, cui omnes in fol. 1^r et aliae quaedam in ceteris paginis correcturae debentur, quas Mus. Rhen. LX 422 collegimus. Hae correcturae omnes consentiunt cum lectionibus editionis principis, unde iam l. c. p. 423 ipsius Flacii manum esse π_1 suspicati sumus, ut qui quae legere non iam posset, suo ingenio suppleverit suisque coniecturis non editionem solum, sed etiam ipsum codicem inquinaverit. Quam suspicionem veram fuisse nunc intelleximus, cum ex Tabulario Urbico Ratisbonensi nobis petentibus in Bibliothecam Regiam Universitatis Vratislaviensis fasciculus quidam missus sit (numero signatus 26), continens trecentas fere epistulas a Flacio scriptas ad Nicolaum Gallum superintendentem Ratisbonensem. Quibus collatis cum codicis folio 1^r, cuius tabula photographica a Skutschio comparata nobis praesto est, tantam cognovimus et totius 'ductus' quem dicimus et singularum litterarum similitudinem, ut quin a Flacio illae correcturae in codice scriptae sint, iam dubitari non possit. Quod ut quivis perspicere possit, etiam ex illis epistulis unam photographica arte exprimendam curavimus, cuius exemplum phototypicum una cum exemplo folii 1^r codicis invenies in calce libelli.[1]) π_1

1) Expressimus epistulae die XIV. octobris anni 1561 scriptae (no. 217) paginam alteram, cuius in septima linea legitur vox *igne,* quam conferas cum voce *ignē* in margine dextera folii 1^r codicis Palatini exarata.

— His igitur satis confirmatis cetera quoque, quae olim (l. c. p. 423 sq.) de fato codicis coniecimus, veri simillima esse concedes, scilicet eum a Flacio sive suis sive Electoris Palatini sumptibus monachis Mindensibus 'extortum' (ut Flacius ipse dicit de codicibus quibusdam a Fuldensibus emptis) sive statim sive post mortem Flacii[1]) in Bibliothecam Palatinam pervenisse.[2])

1) quod vix credemus, cf. Oehleri praefationem editionis Arnobianae (Lipsiae 1846), p. XXII, ubi de Arnobii codicis nunc Bruxellensis variis casibus disputat, quem olim Flacius Illyricus ex Monasterio Sti. Michaelis Luneburgensi sibi paravit. — Addimus hic, quae, dum plagulas corrigimus, auctore Bollio de libris Mindensibus liberaliter nobiscum communicat Paulus Lehmann: 'Ob Flacius selbst in Minden gewesen ist oder ob sein treuer Gehilfe Marcus Wagner die dortigen Bibliotheken für das Centurienwerk besucht hat, kann ich aus dem bisher von mir gesammelten Material nicht feststellen, ebensowenig ob der Codex rechtmäßig erworben oder gestohlen ist. — Der Firmicuscodex ist nicht der einzige Mindensis, der in Flacius' Händen gewesen ist; so stammen die Wolfenbütteler Hss. Helmstedt 1044 und wahrscheinlich auch 1008, die mit der Hauptmasse der Flacianischen Bücher im Anfange des 17. Jahrhunderts nach Helmstedt gekommen sind, aus Minden. Bei den nahen Beziehungen zwischen M. Flacius III. und dem Pfalzgrafen Ott Heinrich ist es nicht auffallend, daß wir den einen Mindensis Flacii in der Palatina wiederfinden. Flacius wird ihn dem Kurfürsten geschenkt oder verkauft haben [cf. Mus. Rhen. LX 424[1]]. Zu gleicher Zeit dürfte auch Vatic. Pal. lat. 825 mit der Chronik des Sulpicius Severus von Flacius an Ott Heinrich gekommen sein (cf. Halm, CSEL I p. V sqq.). Dieser Palatinus lag ursprünglich wie die codices Flacii in Wolfenbüttel, Helmst. 1060 und 1102, in Hildesheim, in dessen Bibliotheken die Centuriatoren nachweislich viel gearbeitet haben. — Mit Dr. Ziegler bezweifle ich, daß der Mindensis erst nach des Flacius Tode in die Pfalzbibliothek gekommen sei, wenngleich Zieglers Zweifel durch den Hinweis auf die Schicksale des Brüsseler Arnobius schwach begründet ist.' — Addit altera epistula v. d. etiam tertium codicem Palatinum nunc Vaticanum, Vat. Pal. Lat. 296, continentem Hincmarorum scripta (cf. Traube in Mon. Germ. Poetae aev. Carol. III 408), Flacii in manibus fuisse veri simillimum esse.

2) Lectionum in codice et in ed. princ. discrepantium multae — ut de Flacii coniecturis taceamus — facile explicantur codice accuratius inspecto. Velut V 1, ubi *ignem (putant)* ex-

3. π_2 signavimus manum correctoris, qui post excussum a Flacio codicem folii 5[r] scripturam veterem, quae maxima ex parte evanuerat, ita renovavit, ut, quae distinguere posset, quam accuratissime reficeret sententiae minime ratione habita, quo factum est, ut stultissimae ibi ineptiae legantur; v. Skutschium l. c. et quae nos l. c. p. 279—284 et 423 sq. exposuimus. π_2

De orthographicis pauca dicenda, quoniam accuratissime nostra editio unici codicis lectiones reddit. Ex Halmii textu apparet quidem plerumque a Firmico formas non assimilatas scriptas esse, quod etiam in Matheseos libris factum esse Krollii et Skutschii docet editio, cf. etiam praef. p. VII. Sed neglegens Halmius his quoque in rebus fuit, unde compluria eius generis a nobis correcta sunt. Id quoque egimus, ut si quid in codice cum compendio scriptum esset, eam formam suppleremus, quae similibus formis alibi sine compendiis exaratis commendaretur. Semper igitur scripsimus *conponere* pro *cõponere* codicis itemque *conpago, conparo, conpello* cet. pro *cõpago*, *cõparo, cõpello* cet., quia formae tales qualis *conpago* passim in codice leguntur, formae tales qualis *compago* nusquam. — Compendia scito nisi illa usitata non inveniri. Semper fere *m* finiens per compendium scribitur hunc in modum: *ũ*, sed paucis locis etiam sic: *u̓*. — *-orum* finiens modo *orũ* scribitur modo *orꝝ*. — *-us* finiens plerumque abbreviatur in dativis pluralis III. declinationis (e. g. *finib;*), raro in talibus vocibus qualis *eius*; *qd, q̊d* et similia non crebro; semel *ñ* pro *non* (III 4 *non in honorem*); semel *unt* finale abbreviatum: c. XV 3 *fuerunt*; *ꝓ, ꝑ, p̃* saepius quam *pro, per, prae; qꝫ* semper fere pro *que; ę* semper fere pro *ae*, sed aliquoties *œ*; de vocula *et* v. infra; denique semper fere *dš, dm̃s, sp̃s, sc̃s, xp̃s, ihš* pro *deus, dominus, spiritus*,

---

hibet *P*, *Iovem* ed. pr., ruga membranae inferior litterae *g* circulus ita obtegitur, ut nisi diligentius inspexeris, *iouem* potius legas quam *ignem*. VIII 5 cod. ita habet: *noNomine* litteris *no* vix deletis: *in nomine* ed. pr.! — Quorum similia exempla multa facile colligere possis.

sanctus, *Christus*, *Jesus* et *n̄ri*, *ūri* pro *nostri*, *vestri* cet.; *om̃es* vel *ōnes* pro *omnes* cet. — Singula verba rite dividuntur, nisi quod praepositiones plerumque cum sequenti qualibet voce copulantur similiterque particulae *et*. et *ac* (*atque*). Substantivum *animadversio* semper scriptum est *anim adversio*.

§ 3 Sed haec ut vix memoratu digna breviter attigisse sufficiat. Accuratius de distinctione (vel ut nos nunc dicere consuevimus de interpunctione) codicis agendum. In eam animum attendere vix coeperamus, cum ad certas leges eam esse institutam perspeximus. Quae, ne longi simus, plane cum iis consentiunt, ad quas Terentii fabulas quasdam in codice Bembino a Joviale correctore esse distinctas Robertus Kauer docuit in praeclara commentatione quae inscribitur 'Zu Terenz' in 'Wiener Studien' XXII 56 sqq. Ibidem p. 86 ostendit eas distinguendi leges easdem esse quae adhuc in omnibus iis quas nos 'Romanas' dicimus linguis in usu sunt. Quam distinguendi rationem rectissime 'psychologicam' appellavit, cum nostra i. e. Germanorum ratio distinguendi logicae artis leges quam potest diligentissime sequi studeat. Id enim nos operam damus, ut signis appositis grammatica i. e., si summatim dicere licet neglectis singulis quibusdam, logica periodi structura quam dilucidissime illustretur. Romani vero eorumque adhuc progenies, ubicumque in recitandis periodis interstitium intercedit, ibi distinguunt.[1]) Quod priusquam exemplis ex Firmico sumptis comprobetur, alterum quiddam monendum est. Cum enim rhetoricas esse distinguendi leges exploratum sit, iam patet coniunctissimam esse cum ratione distinguendi etiam clausularum disponendarum rationem.

1) Cf. quae Norden in Comment. ad Verg. Aen. VI (Lips. 1903) append. II 4 'Interpunktion' (p. 377—381) de distinctione codicum quorundam Vergilii explicavit; ibidem p. 464 de codice Leidensi 28 s. IX monuit, in quo Horatii carmina easdem ad leges distincta sunt subscribente Mavortio, v. O. Kelleri editionis vol. I² p. XXV (Lips. 1899); nonnulla etiam ad distinctionem pertinentia inveniuntur in Nordeni libro 'Die antike Kunstprosa' (Lips. 1898, p. 952 et alibi v. ind.).

Haec primum investiganda. Qui enim adhuc de clausulis egerunt, in eo potius studium suum posuerunt, ut quibus legibus clausulae formarentur indagarent, quam ut quibus periodi locis ad numeros verba solerent concipi quaererent; quod divinando potius quam diligenter observando statuebant. Pertractato igitur Firmici libello hanc ei in disponendis clausulis supremam legem esse pervidimus, ut quam maxime orationis membra inter se aequata in clausulas cadant. Rhetoricum hoc praeceptum cum summam imperii teneat, tamen verborum sententiam nullo modo neglegi posse consentaneum est. Atque hae quidem sunt leges, quibus rhetorica periodi dispositio cum grammatica structura conciliatur.

1. Enuntiationes relativae vel coniunctionales, quae ad supplendum substantivi vel verbi sensum adduntur, in unum cum eo contrahuntur, velut II 5 *Frustra tibi hanc aquam quam colis* (–◡––◡–), *putas aliquando prodesse.* VII 1 *dives rusticus cui propter divitias Pluton fuit nomen* (–◡––◡) III 3 *sed hoc agis ut annuis luctibus occupatus* (–◡◡–◡–◡) *vitam semper fugias mortem requiras* (⏕–––◡––). In fine talium enuntiationum clausula ponitur, nisi cum admodum breves sunt, velut XV 2 *eum cuius filiam petebat fraude proditoris occidit,* vel cum eius enuntiationis finem totius periodi finis subsequitur; in unam enim tunc clausulam ambo saepissime colliguntur, velut IV 3 *nihil vobiscum referetis quod deus qui vos fecit agnoscat* (–◡––◡).

2 Enuntiationes quae adverbiales vocantur per se plerumque coli instar sunt clausula instructi, nisi nimia earum brevitate cum finitimis verbis eas in unum commiscere rhetoricae concinnitatis legibus scriptor cogitur. Exempla sint haec: II 2 *Isis repudiato Tyfone ut et fratrem sepeliret et coniugem* (–◡––◡–), *adhibuit sibi Nepthum sororem sociam et Anubem venatorem.* III 3 *Ut gratias pro renatis frugibus agas ululas* (⏕◡–⏕⏓), *ut gaudeas plangis.*

3. Enuntiationes coordinatae semper fere separantur clausula interposita. Exempli gratia conferas II 2 ... *occidit*

Osirim artuatimque laceravit (–⏑⏖–⏑), *et per omnes Nili fluminis ripas· miseri corporis palpitantia membra proiecit.* VI 6 *Qui qualia fecerit scelera* (–⏑–⏖⏑), *vel quantum matri contra filium* (–⏒–⏑–, an –́–̀⏑–?) *vel sororibus contra fratrem* (–⏑––⏒–⏑) *imperaverit facinus* . . . XX 6 . . . *aut fidei fundamenta sustentat* (–⏑––⏑), *aut . . . colligit vires* (–⏑––⏒), *aut . . . inmortalitate consociat* (–⏑–⏖⏑), *aut legem promulgat* (–⏑––⏑), *aut . . . testimonium perhibet* (–⏑–⏖⏑), *aut . . . diaboli percutit* (⏖⏑––⏑–) . . . Singulae voces particulis *et* vel *aut* vel *vel* inter se coniunctae si minore sunt ambitu, numeris adstringi non possunt. Sin autem attributis auctae maiorem syllabarum numerum complectuntur, in numeros cadunt, velut II 1 *Sed in sacris suis quae mysteria vocant* (–––⏖⏑–), *addunt tragica funera* (–⏑⏖–⏑–?), *et funesta calamitatis metuendae certamina* (–⏒––⏑–): *incestum cum sorore adulteriumque commissum* (–⏑––⏑), *et hoc facinus severis mariti animadversionibus vindicatum* (–⏑––⏑–⏑). Si plura membra particulis inter se respondentibus *et—et* vel *aut—aut* congeruntur, ante ipsam enumerationem saepius interstitium fit, cf. IV 4 *et reverso pater prodigo filio* (4 cretici!), *et vestem reddit et parat cenam.* II 9 *Quaere quod te summo deo* (––––⏑–), *aut commendet aut reddat.* Multa membra breviora si ἀσυνδέτως ut Graeci dicunt enumerantur, bina vel terna coniuncta colon efficiunt clausula exornatum, cf. VII 7/8 *Quis vidit puerum solem quis fefellit quis occidit* (–⏑––⏑––⏑)? *Quis laceravit quis divisit quis membris eius epulatus est* (–⏑⏖–⏑–)? *Quis lunam rapuit quis abscondit* (–⏑––⏑)? *Quis Plutonis coniugem fecit* (–⏑––⏑)?

4. Vocativi breviores clausula carent velut IV 3 *Erubescite o miseri summitatem* (–⏖––⏑–⏑). VI 9 *Imitatur te Lycurge et sobrium institutum tuum sequitur* . . . XIII 5 *Gratias agimus Porphyri libris tuis.* Cf. XVII 1. XVIII 2. XXI 3. 5. XXVI 1. 2. XXVII 2. Casu clausula effecta est hoc loco: XV 2 *Si humana vis Abari* (–⏑–⏖⏑) *miseros homines ossa venerari* . . . et ubicunque vocativus *imperatores* exstat, qui per se clausulam explet. Quodsi pluribus verbis

attributis vocativus augetur, novum colon factum clausula exornatur. Cf. VIII 1 *Quis vos caduci homines* (–⏑– ⏑⏑⏓?) *et per dies singulos summo deo variis generibus rebellantes* (–⏑⏑⏑ –⏑––⏓), *ad hoc* . . . Adde XIX 1.[1])

5. Sententiae longiores in minora membra dividuntur in clausulas rhythmicas cadentia, ut cuiusque structura et dispositio commendat, sed hoc saepissime observatur substantiva cum praepositionibus structa clausulis formatis a ceteris eiusdem enuntiati membris discerni, velut II 2 . . *et per omnes Nili fluminis ripas* (–⏑––⏓) *miseri corporis palpitantia membra proiecit.* II 5 . . . *ut ex ipsa per veteres conscientiae cicatrices* (–⏑––⏓) *credentibus hominibus salutaris sanitas inrigetur* et tam multa alia sunt exempla, ut plura hic exscribere taedeat. Nec praetermittendae denique structurae participiales (cf. Norden l. c. p. 378 adn.), quae sive ablativi sunt absoluti sive participia coniuncta, per se coli vice fungi clausulisque finiri solent, velut II 6 . . . *inventionem vero cum fruges genitalis terrae fomento conceptae* (–⏓––⏓) *annua rursus coeperint procreatione generari.* III 3 . . . *sed hoc agis ut annuis luctibus occupatus* (–⏑⏑–⏑–⏑) *vitam semper fugias mortem requiras.* XIII 1 . . . *ut et huius inepta fragilitate detecta* (–⏑––⏓) *ad veritatis exordium mediocritatis nostrae sermo revocetur.*

His quidem breviter adnotatis potius quam diligenter exploratis — quoniam fusius de eo argumento agere non est huius loci, sed fundamenta tantum iacienda, ut nostra in hac editione distinguendi ratio et exponatur et defendatur — iam patet eam periodorum distinctionem, quae clausulis efficitur, eandem esse, qua Ioviales in fabulis Terentianis usus est, atque omni ex parte ut iam diximus consentit ipsius Palatini codicis distinctio. Nec tamen

---

1) Cf. (praeter Kauerum l. c. p. 67 sqq. et Nordenum l. c. p. 378 adn.) Fr. Sylla, Qua ratione poetae veteres Romani in hexametro sensus interstitium collocaverint, Vratisl. 1906 Diss. inaug., sent contr. I: 'Veteres neque ante neque post vocativum nostro more interpunctione usi sunt.'

Bembinus et noster Palatinus — ut taceamus de codicibus Vergilianis et Horatianis supra memoratis — unica exempla praebent talis distinctionis, tertium addidit R. Kauer in commentatione 'Studien zu Pacianus' (Vindobonae 1902, progr.), cuius p. 2—5 multa exempla exhibuit distinctionis, quae in Paciani codice Reginensi s. X (et aliis eiusdem codicibus, v. p. 6) invenitur. Quam facile videre potes easdem, quas supra statuimus, et clausulas disponendi et distinguendi leges sequi, ut iam ipse Kauerus professus est p. 2 adn. 2: 'Es ist selbstverständlich, daß diese Interpunktion der sogenannten Schreibung *per cola et commata* entspricht.' Quid de origine huius codicum s. X distinctionis iudicandum sit, idem Kauer l. c. p. 6 rectissime explicat hisce verbis: 'Wer diese Interpunktion setzte, die auf das engste mit der rhythmischen Gliederung der Rede verbunden ist, der mußte für diese volles Verständnis haben, sie muß identisch sein mit der Interpunktion des Verfassers selbst, und wir können nur staunen, mit welcher Treue diese im Laufe der Jahrhunderte erhalten wurde.' Vix dubium, quin etiam in multis aliis codicibus eadem distinctio inveniri possit, dummodo perquirantur.

Accedit in codice Firmiciano alterum argumentum, quo eum qui textum distingueret rhythmicam vel rhetoricam orationis compositionem et intellexisse et respexisse probatur. Maiorum enim periodi membrorum initia semper fere littera maiuscula significantur. Ad illustrandam hanc rationem, simulque ut exemplum detur illius codicis distinctionis, totum caput XV accurate hic exscribemus nulla re mutata, nisi quod compendia dissolvemus omnia praeter siglum &, quod qua ratione ponatur statim perspicies.

Palladii etiam quid sit numen· audite. Simulacrum est exossibus pelopis factum; Hoc auaris scytha fecisse perhibetur; Iam quale sit ▒▒▒ considerate quod scytha barbarus consecrauit; Estne aliquid aput scythas humana ratione conpositum· Et illa effera gens hominum & crudeli

atque inhumana semper atrocitate grassata; Inconstituendis religionibus rectum aliquid potuit inueniri· Simulacrum hoc troianis auaris uendidit stultis hominibus uana promittens; Uendebatur deus | ut prodesset emptori; Et *fol. 14v* emptor suppliciter adorabat quicquit paulo ante uiderat subhastatum; Substantia autem simulacri ipsius exossibus pelopis est; Si humana uis· auari miseros homines ossa uenerari· Purioris saltim & castioris hominis reliquias collige: Accedat idolo quod facis· exhominis uirtutibus meritum; Pelops indeliciis amatoris fuit· & diu prostituti pudoris damna sustinuit; Sed nec adulto ei scelus defuit· eum cuius filiam petebat fraude proditoris occidit· Proditorem etiam ipsum periurus adgressus est· & ne promissa redderet praemia hunc eundem per abrupta praecipitia iactauit; En cuius electa sunt ossa ut deus fieret qui urbes & regna seruaret Sed nec seruauit aliquando nec profuit; Et quid se maneat exurbium inquibus fuit casibus uidit; Incensa est troia agraecis· agallis roma· & exutroque incendio palladium reseruatum est; Sed reseruatum non propriis uirtutibus sed humano praesidio; Abutroque enim loco homines liberant. & translatum est ne humano flagraret incendio; Tanta numini humana fuerunt praesidia necessaria· & ne arderet humanum quaesiuit auxilium: Dilatum est palladium abincendio non liberatum· Stat sententia· manet poena· ignis imminet ignis urguet· quem uitare non poterit: Iam parturit flamma caelestis· iam diuinae anim aduersionis monstratur aduentus Iam futurae cladis nuntiatur exitium; Inhoc incendio palladium latebras inuenire non poterit· Ignis iste scrutatur abdita· quaerit absconsa· | Et quicquit er- *fol. 15r* rantes homines uanis persuasionibus perdidit rapida flammarum populatione conplectitur; Uenit enim inquit dies domini ut ardens cliuanus audisti quid ueniat· audisti quid ueniat; Nihil est quod exte collectum inapothecis dominicis reponi possit· Ardebis ut stipula· cuius inanis uilitas incineres fauillasque seruatur· Quem rapax ignis uiolentia cogenti spiritus pascitur, Hic est exitus finisque

uester Haec est poena quam pro deceptis hominibus deus statuit. ut perpetuis ardeat flammis qui contra uoluntatem dei miserum hominem aut decepit aut perdidit; Uolo sane diligenter inquirere cuius mineruae hoc uolunt esse signum· Plures enim mineruas fuisse constat· nec aliquis inista parte dissentit· Singulare itaque genus institutum artem propositumque dicamus· ut exhis omnibus inueniri possit palladium cuius mineruae sit nomine consecratum;

Vides certo consilio ut ante diximus et distinctiones et maiusculas esse dispositas, quamvis neglegentissimum vel auctorem eius distinctionis vel nostri librarium codicis in describendo exemplo fuisse appareat. Nam multis vides locis ubi propter clausulam postulatur distinctionem desiderari, nec raro errores inveniuntur, quorum gravissimum, cum ex codice in editionem principem irrepserit, Schefferus demum correxit. Scriptum enim est XXVIII 6: *Tumentes acsaeuientes undas calcastis oceani subremis uestris: Incogniti iam nobis paene maris unda contremuit: Et* . . ., sed distinctionem post *uestris* (et maiusculam *I*) delendam et post *oceani* ponendam esse et sensu et clausula (cf. Skutsch l. c. p. 270) comprobatur. Atque etiam XVII 2 (quem locum Skutsch p. 267 emendavit) distinctor ex aliqua parte erroris auctor, nam sic scriptum: *Mare nantes anatando neptunum dici uoluerunt· Et exhoc quod libenter faciebant substantiam nominis figurantes Terrenam uim omnem atque naturam· ditem patrem dicunt· Quia* . . . Maiuscula *T(errenam)* sane novae sententiae initium indicat, sed deest distinctio.[1]) In summa tamen prudenti consilio cola quidem semper fere et commata saepius distincta esse negari non potest. — Unum denique monendum est interesse inter distinctionem et periodi dispositionem, quam ex clausulis colligimus, quod singula

1) In textu maluimus voculam *Et* tenere lacunae signo anteposito, ut *Et* . . . *figurantes* membrum sit respondens alteri quod excidit, quam cum Skutschio delere.

polysyndeti membra plerumque omnia distinguuntur, quamvis clausula absit, velut XII 3 scriptum est: *Quis amumonē· quis alopē· quis menalippe· quis chionē ippothoenqꝫ corruperit;* ac statim: *Steropen amat· aethyssā rapit· zeuxippē stuprat· querit ꝓthoc. Et arsinoe....*

§ 4 Quibus exploratis oritur quaestio, quatenus nobis in instituenda nova editione illa codicis, i. e. vel ipsius Firmici vel grammatici alicuius[1]) non multo posterioris distinctio respicienda sit. Ac speramus hanc quaestionem cum omnium consensu solvi posse. Hoc enim confidimus omnes probaturos esse antiquam potius distinctionem in textu ponendam esse antiqui scriptoris, quam qua nos soli Germani nunc utimur, cum ceterorum consuetudo ad usum antiquum proxime accedat. Quamquam non id agendum est, ut pristina textus forma omni ex parte restituatur. Quisnam titulos imitatus capitalibus litteris utatur? Immo hodiernum usum multo commodiorem hodiernis lectoribus unusquisque hac in re praeferet, ut qui perpetua continuatione ex illo antiquo more ortus sit. Eadem fortuna usa est ratio distinguendi, quae adhuc veteri consuetudini simillima a Francogallis Italis Hispanis servatur. Quid porro? Nonne ineptum omnino novis distinguendi legibus subiugare scriptorem, qui ad plane aliam normam periodos et composuit et disposuit? — Hoc quoque animadvertendum 'logicam' illam distinguendi rationem, quae etiam in vernacula lingua nostra hic illic nos offendit ac vinculis invidis implicare videtur liberum sermonem, linguae Latinae indoli acerrime repugnare. Etenim cum facili illa et faceta eius linguae mobilitate fieri possit, ut miro modo et verborum et sententiarum dispositio varietur, quo plastica ut ita dicamus et dilucida dictio efficitur, graviter incedens logica distinctio gracilem sermonem minime sequi potest pede claudo. Saepissime haeremus et grammaticae artis praeceptis distinguendo sal-

1) De veterum grammaticorum praeceptis consentientibus cum legibus, quibus Terentii textus in Bembino, Firmici in Palatino distinctus est, v. Kauerum, 'Zu Terenz', p. 60 sqq., 87 sqq., 113.

tantem sermonem coerceri posse desperare nos confitemur. Neque unquam editor ullus severius logice distinguere conatus est, sed plerumque ad libitum grammatica distinguendi praecepta modo spectasse editores modo neglexisse intellegimus qualibet editione recentiore inspecta. Modo ante sententiam relativam distinguunt, modo non distinguunt suo arbitrio usi; nam semper eo loco distinguere absurdum esse sentiebant potius quam sciebant. Incerti nunc traditam rationem sequuntur psychologicam, nunc eam, qua in vernaculo sermone uti solent.

Iam plura dixisse nobis videmur, quam res postulat. Unum tamen addendum. In eo nostris diebus permulti studium et posuerunt et ponunt, ut antiquae orationis compositionem artificiosam perspiciant summi momenti esse rati ad artis eius acumen intellegendum, structuram rhetoricam artificiaque quam clarissime explicari. Iam cum sciamus veteres, ut eam structuram lectoris vel recitatoris oculis demonstrarent, distinctione usos esse, nonne absurdum est aliam usurpare distinguendi rationem, qua artificiosa illa dispositio membrorum orationis non neglegitur solum, verum etiam saepissime obscuratur vel penitus evertitur? Velut in sententia IV 3 *(nihil vobiscum referetis) quod deus qui vos fecit agnoscat* si ad nostram legem distinxeris *quod deus, qui vos fecit, agnoscat*, iam clausula *fecit agnoscat* = –⏑––⏑ misere discerpitur; ac talia innumera fere facile possunt congeri exempla!

Revertendum igitur ad rhetoricam distinguendi rationem unice aptam orationi rhetoricis artificiis compositae; revertendum ut suasit Wilamowitzius (Griech. Lesebuch II 2, 269), ut fecit Norden in edendo Vergilio.

At quibus distinctionibus utamur? Aliae a veteribus grammaticis commendantur, aliae in codicibus exstant, neque omnino satis aperta est 'historia distinctionis', neque ea, quae in codice Firmiciano leguntur signa, quae sunt . vel · et : et ; — saepius sitne ; an : dispici non potest —, certo consilio variantur. Quare ne temere novasse videremur, retinuimus ea signa, quae nunc commu-

niter ab omnibus gentibus adhibentur — praesertim cum novis inventis *!* et praecipue *?* quis velit carere? —, ea lege usi, ut nisi clausula formata finis coli vel commatis indicatur, minime distingueretur. Neque vero hoc sufficit. Etenim cum intra sententiam in fine commatis clausula exstat, hanc quoque distinctione notandam esse apparet. Quodsi ibi quoque 'comma' quod nos nunc vocamus ponas, verendum, ne grammatica structura nimis obscura fiat, quod cavendum, si fieri potest. Quare et Scyllam et Charybdim vitaturi peculiari signo clausulae intra sententiam positae usi sumus puncto supra lineam constituto (˙). Quod ibi quoque posuimus, ubi codicem secuti singula polysyndeti verba distinximus clausula non intercedente.

Superest ut de ipsarum clausularum formis pauca § 5
exponamus. Inveniuntur ubique formae illae ex tot tantisque operibus et commentationibus iam omnibus notae. Principem locum tenet clausula ea, quae cretico cum trochaeo concipitur. Excipit hanc crebritate clausula dicretica, cuius vice molossus cum cretico non ita raro fungitur; nec choriambum cum cretico plane Firmicum fastidisse quattuor docetur certis exemplis: V 4 *Ergo si anima dividitur corpus est.* VI 4 *excruciatos necat.* XIII 2 *posteritas disceret,* XVII 3 *terram ipsam Cererem nominant.* Addendus fortasse locus IV 1 *vel Veneris virginis.* — Sequitur clausula ditrochaica praecedente cretico vel (satis crebro) molosso vel choriambo (36 locis) vel dactylo (46 locis). Mera ditrochaica (vel dispondiaca) clausula legitur his locis: II 3 *Osiridis sepultum.* VI 9 *de consilii sententia decreta est.* XV 5 *exitus finisque vester.* XX 5 *qua erigitur septentrion qua vergit auster.* XXI 2 *non biformis est, sed multiformis.* In Zielinskii formam 5 (= –⏒– –⏑–⏑–⏑, v. 'Das Clauselgesetz in Ciceros Reden', Philol. Suppl. IX p. 601) quadrare videntur hae clausulae: III 1 *Et hanc volunt omnium esse matrem.* IV 3 *impudicis adhaeret membris.* XV 4 *in apothecis dominicis reponi possit.* XV 5 *Plures enim Minervas fuisse constat.* XXIII 1 *alius felicius nascatur.* — Formae denique dochmiacae

(–⏒–⏑–) iam Mus. Rhen. LX 291 sq. aliquot exempla collegimus, ac plura nunc, cum quibus locis clausula postuletur invenerimus, addere possumus: II 8 *per annos singulos* (non licet transponere *singulos annos* = –⏑––⏒ cl. locis II 4. 5. 9. XXVII 1. Math. fol. C V[r] col. II v. 41, ac semper dicitur *per dies singulos*). III 3 *rationem videris.* VI 1 *specialiter intimanda sunt.* VII 5 *relicta Henna venerat.* XI *interemptus est.* XII 8 *Catamiti Iuno spernitur,* nisi hic legendum: –́–̀–⏑–. XIII 3 *invito Joseph immo mortuo* (an legendum –́–̀–⏑–?) XIIII 5 *Porphyri libris tuis.* XIIII 5 *vocatur et venit.* XVI 1 *Athenas condidit.* XVI 5 *invitus passus est.* XVIII 1 *sermone dicitur.* [XXII 2 *hortaris gaudeant* cum Skutschio emendavimus *hortaris* ⟨*ut*⟩ *gaudeant*]. XXII 3 *de sepultura proferis* (ubi Skutschius l. c. p. 270 transponit *proferis de sepultura*). XXII 3 *gratias deus tuus.* XXIII 1 *artus exuit.* XXIV 5 *filius dei* ac statim *dispositionis ordinem* (non distinctum est in codice, sed vox sequens maiuscula incipitur: *Etiam*). XXVII 1 *Proserpinae sacris.* Omnibus his locis — neque cetera olim collecta neglegas — post verba a nobis exscripta in codice distinctio invenitur, ac satis multi sunt, ut cupiditati transponendi, quo facillime optimas clausulas efficias, indulgere nolis. Saepius sed non semper praecedit creticus vel dactylus. — Restant pauci loci, quibus incerti haeremus, quia in numeros legitimae clausulae quadrare non videntur. Sunt hi: XIIII 4 *conlatus talia respondit* nescio an molossus (vel creticus? v. infra) cum ditrochaeo (vel dispondeo) esse possit: –⏒–⏑́⏑––⏑. XXVII 1 *arbor pinea caeditur* ubi –́–⏑̀⏑–⏑– probare veremur. XXVII 1 verba *idolum Osiridis sepelitur* ne transponendo quidem ad legitimam clausulam redigere possis.[1]) — Nec tamen uno loco transponere dubitavimus: XXV 3 *unum mortis exciperet exitium,* ubi traditum est *exitū exciperẽ*, cf. § 6, p. XXXIX.

1) At si neglecta quantitate *pinea* ut creticum, *sepelitur* ut ditrochaeum legas, optimas clausulas effici recte monet Skutschius: oritur cursus quem dicunt ex clausula.

Accedant observatiunculae quaedam prosodiacae.

1. *ī* finiens corripitur
   a) in infinitivo praesentis passivi: II 7 *reddi numinibus.* XII 9 *inveniri non poterit.* XVI 2 *damnari debuerat.* XVII 1/2 *dici voluerunt* ter. XXII 2 *laetari conpellis.* XXVII 1 *renovari disposuit.* 5 *liniri praecepit.* XXIX 2 *parci nec fratri.* Dicreticum igitur habes VI 3 *inveniri vestigium* (et XII 5 *aliqui desiderat*).
   b) in dativo singulari III. declinationis: X *meretrici donasse.* Dicretica igitur est clausula XXVII 8 *pollicitationi respondeat.*
   c) in nominativo plurali II. declinationis: VII 9 *miseri mortales,* idem XVIII 8. XVI 3 *dicendi miserorum.* XX 4 *isti casuri sint.* XXVIII 5 *pronuntiaturi sunt.*
   d) in II. persona perfecti activi: XV 4 *audisti quid veniat.*
2. *ō* finiens corripitur: II 6 *fomento conceptae.* III 4 *aratro dimoveat,* VII 1 *immutato sermone.* XII 7 *caelo fecistis.* XIII 2 *Graeco sermone.* XV 3 *humano praesidio.* XXIII 1 *sepulto primo homine.* Itaque verba XV 3 *incendio non liberatum* nescio an legenda –⏑⏑––⏑–⏑, ac fortasse etiam XIX 6 *evangelio cata Lucam* clausulam habemus: ⏑⏑⏑⏑⏑–⏑.
3. *ā* finiens corripitur: a) VIII 3 (*libidine*) *vestra dividitis.* XVI 4 *in terra dominetur.* XIX 7 (*pervigili*) *cura sollicitus.* XXVII 2 (*ex ista*) *flamma blandiris.* b) XXII 4 *reserva morituris.*
4. *ē* finiens videtur correpta esse II 6 *vere sunt funera,* si recte sic emendavimus scripturam codicis *veræ* (cum Flacio; *vera* Bursian, Halm); quamquam etiam clausula ––––⏑– ferri potest.
5. *ū* finiens corripitur: V 1 *vultu constituunt.*
6. *ae* finiens corripitur: XVI 3 *favillae servantur.* XVI 4 *notae sunt poenae.* XVIII 2 *animae contaminat.* Quin etiam XXIV 2 *iubente conlapsae sunt.*

Recte igitur se habet, quod π_1 II 1 praebet *metuendae certamina,* cf. Mus. Rhen. LX 276.

7. *ās* finiens corripitur: a) II 4 *mittas inferias.* II 9 *quaeras aut lugeas.* XXII 3 *vivas ut vivit.* XXII 4 *mergas exitio.* XXIV 3 *desperas et deficis.* XXVIII 13 *vivas aut pereas.* b) XVIII 6 *egestas insequitur.*

8. *ēs* finiens corripitur: a) XXVIII 10 *speres auxilium.* b) VI 2 *pueriles inlexit.* XIII 6 *subiacentes imperio.* XX 7 *homines erigitur.* XXI 6 *praeferentes insignia.* XXII 1 *fauces unguentur.* XXVIII 1 *fontes ingenuos.*

9. *ōs* finiens corripitur: XIX 2 *et demersos aperi oculos* (= ⏒⏑⏑̀⏑⏑́⏑⏑⏑̄). Plura exempla praebet Mathesis, quorum pauca addimus: I 2, 2 (p. 6, 13 Kr. et Sk.) *avaros ac tacitos.* VI, fol. LXXI^r col. I v. 23 ed. princ. *alienos efficiet* (sic *A* et Marc. VI 156; *eff. al. DN*). XCI^v col. I v. 42 et II v. 1 *servos efficient.* XCIII^r col. II v. 18 *caecos efficient.*

10. *m* finientem ante consonantem abici posse quattuor exempla evincere videntur: II 6 *physicam rationem* (sequitur in codice distinctio et maiuscula) = ⏑́⏑⏑⏑̀⏑–⏑, ac statim *istorum rationem* = –́⏑⏑̀⏑–⏑. VI 8 *trepidationem detegeret* (= –⏑–⏑⏑⏑ potius quam = –⏑–́–⏑⏑⏑, quia syllabae *-ōne* vel *-ōnis* exeuntes saepissime ad inchoandum clausulae creticum usurpantur, v. infra). XX 6 *legem promulgat.* Dubitare possis de his locis: VII 1 *consortium plures petebant* = –⏑⏑––⏑–⏑̄? (An merus ditrochaeus? An cursus = ×́××̀×́×?) VII 7 *absurdum et quam miserum sit* = –́⏑⏑̀⏑–́⏑ (–́–̀⏑̄́⏑–?), si modo haec est clausula. Adde XX 6 *dominationis imperium sit* = –⏑–⏑̄⏑̄⏑– modo recte haec se habeant, v. p. XLIII.

11. *s* finientem abici posse uno certissimo exemplo probatur: VIII 3 *a deo factus sum,* cf. Zielinski 'Das Ausleben des Clauselgesetzes in der römischen Kunstprosa' (Philol. Suppl. X) p. 446, qui ex Pacato duo exempla simillima affert, sed ubique elisam esse *s* finientem ante *s* monet Skutschius. Dubitamus

igitur de his locis: XV 5 *exitus finisque vester* = –⏑⏑––⏑–⏑? XXII 4 *diabolus christos suos* = ⏑́⏑⏑––⏑–? XXVIII 11 *nobis respondeat.* Ante sequentem *s* elisa *s* finiente multo melior efficitur clausula his locis: XVII 3 *casibus sermone Graeco.* XXVI 3 *operis substantia est.* XXVII 4 *aries subponitur.*

12. Restant singula quaedam. XIII 6 in codice scriptum est *et qui aput vos quasi dii coluntur,* at *di* legendum esse docet rhythmus. Similiter ut monosyllabam legas vocem *rei* loco XX 7 *Sit faustum felixque rei publicae* et *diem* loco XVII 2 *alterum paene diem faciat* = –⏑– –⏑– ⏑⏑⏑. Unde etiam VIII 4 verba *Unum itaque e duobus facite* videntur legenda esse = –⏑⏑– –́⏑̄⏑́⏑⏑, ut *duobus* trochaeum expleat.

Discimus magno exemplorum numero finientes longas Firmicum non iam ut longas aut sensisse aut pronuntiasse, cum tam saepe eas corripere non sit veritus; quod minime mirum saeculo p. Chr. IV.

Quibus denique artificiis ad formandas clausulas Firmicus usus sit, brevi sermone perstringamus. Quae enim Ciceronis artificia fuisse Wolffius in commentationis celeberrimae capite IV ('De clausulis Ciceronianis', Annal. Philol. Suppl. XXVI, p. 602 sqq.) accurate exposuit, iis omnibus fere Firmicus quoque passim usus est ita, ut formas quasdam clausulis praeter ceteras aptas ad taedium cumularet. Atque in primis quidem ablativis in *-one* et genetivis in *-onis* cadentibus (et semel dativo *-oni*: XXVII 8, v. p. XXV) ad efficiendum primum clausulae trochaeum (velut I 2 *cogitatione colligimus*) nimium indulsit. Nam octoginta sex exempla ex modico libello notavimus, cf. Wolff, p. 627 et 630, Mus. Rhen. LX 284 et 292. Nec multo rarius ablativi et genetivi in *-ate* vel *-atis* cadentes inveniuntur (velut I 2 *potestate contraria*), quorum quinquaginta sex numeravimus. Formae in *-ore* vel *-oris* cadentes, velut V 2 *squalore demersi,* quindecim exstant. — Substantiva in *-mentum* cadentia creberrima in clausulis sunt (31!), cf. locos in indice collatos s. vv.

augmentum, commentum, documentum, elementum, figmentum, fomentum, frumentum, fundamentum, incrementum, liniamentum, ornamentum, tormentum. Nimirum vix ullum instrumentum inveniri poterat ad formandam clausulam magis idoneum. Clausulae vim etiam in eo perspicis, quod cum gerundiva clausulae aptissima sint et saepissime (14 locis) usurpentur — v. indicem s. vv. *fugiendus, laudandus, miserandus, ridendus, venerandus*, Wolffium p. 629 sq. — forma *metuendus* quinquies invenitur, ac ter quidem in clausula, semel extra clausulam (XXVIII 10), semel in excerpto bibliaco (XX 4), ipsum verbum *metuere* a Firmico neque in libello de errore neque nisi egregie fallimur in Mathesi usurpatur, verum semper *timere.* Quod ne casu factum esse censeas, animadverte quaeso Romanarum quas dicimus linguarum usum, quae omnes quod sciam verbum *metuere* ignorant, ac ne substantivum *metus* quidem nisi apud Hispanos (*miedo*) servatur. Igitur Firmicus iam non dicere solebat *metuere*, sed gerundivum *metuendus* clausulae auctoritate aliquamdiu protectum est.[1])

Finem faciat quaestiuncula de particularum *que* et *atque* usu Firmiciano. Wolffius l. c. p. 633—637 ostendit Ciceronem, cum primo particula *que* nunquam fere usus esset, postea 'et in clausula et extra magis magisque id egisse, ut particula *que* uteretur' adeo ut in primo Officiorum libro 157× extra, 98× intra clausulam *que* inveniatur. Quod rectissime inde Wolffius explicat, 'quod Cicero, quia intellexit, quantam utilitatem particula praeberet ad clausulas fingendas, paulatim commotus est, ut frequentius ea uteretur'. Revixit igitur clausulâ suadente particula, quae cum priscis temporibus sola fere vocum coniungendarum munere functa esset (cf. Wölfflin, 'Die Columna Rostrata' in 'Sitz. Ber. d. Bayr. Akad.'

---

1) 'Glossarium mediae et infimae Latinitatis conditum a Carolo Dufresne Domino Du Cange ...' vol. IV (Parisiis 1845) vocem *metuendus* exhibet ut 'titulum honorarium', omittit voces *metuere* et *metus.* Arnobius in septem libris adversus nationes quinquies verbum *metuere* habet, saepius *metuendus* et *metus.*

1890 p. 297 sq.), quippe quae communis sit linguae Latinae cum ceteris eiusdem stirpis linguis (τὲ Graece, *ca* in lingua Sanscrita), iam Ciceronis aetate videtur aliis particulis cedere coepisse. Non autem veram eam vitam revixisse, sed in artificiosa tantum oratione aliquamdiu servatam esse et Romanae quas dicimus linguae monent, quae ea vocula plane carent, et Firmici nostri usus consentit, qui in libello de errore tricies bis[1]) vocula *que* utitur, et id duodetricies ad concipiendam clausulam, quater extra clausulam: XVII 1. XXI 1. XXV 3 bis. At haec quattuor exempla qualia sint, accuratius quaeso inspice. Primus enim locus non Firmici est, sed ex Pseudo-Quintiliano exscriptus. Altero loco, XXI 1 *de sanctis haec venerandisque prophetarum oraculis*, repetitam habes adiectivorum compositionem ex aliis duobus locis, quibus ad fingendam clausula formata est: XX 1 *sanctum venerandumque secretum*. XXVIII 9 *divinum venerandumque praeceptum*. Simile aliquid tertio et quarto loco deprehendimus, cum *una eademque* utroque legatur, quod formulae instar esse apparet. Iamque in summa dicere licet Firmicum in libello de errore particulam *que* non usurpasse nisi clausulae gratia. In Mathesi autem ducenties septuagies bis (= 82,2 %) in clausula, undesexagies (= 17,8 %) extra clausulam vocula *que* invenitur.[2])

---

1) Neglexerimus ut par locos bibliacos XXVII 7 et XXVIII 4.

2) Seclusimus de computatione hos locos: 2, 23, quo loco verba *assiduaque luminis* (ante *vel* — *vel*, cf. p. XVI) fortasse sunt = _◡◡_◡_◡_, nam brevis vocalis sequente *que* arsin explet, cf. 8, 1 *iuraque conquirimus*. 14, 28 *ceteraque quae discimus*. 49, 15 *malaque decernunt* (quod vix credam esse = ◡́◡◡_ _◡̄). 109, 2 *radiationeque coniunxerit*. 117, 5 *crebrioraque decernit*. 228, 16 *officiaque complentes*. Unde fortasse etiam verba 141, 1 *plenaque luminibus* comma sunt rhythmicum. 16, 4 verba *aci*]*em iudiciumque* nescio an sic legenda: _́◡◡́◡◡_◡. Locis 30, 19 *mutabilesque semper eventus* et 37, 16 *Afrorumque subdolas mentes* et fol. LIX^r col. I v. 7 *mutabilibusque semper errabunt* forsitan certo consilio clausulae _◡_ _◡ trochaeus praemissus, quod nescio an non casu creberrimum est apud Firmicum. 53, 3 codices fluctuant, et 68, 5 verba *etiam paren*]*tesque et filios* fortasse legenda

Transgrediamur ad voculam *atque*. Wolffius p. 637 — 640 ostendit Ciceronem a genuina lege (Skutsch, Forschungen I, p. 52/53), quae formam *atque* nisi ante vocales non usurpari iubet, nunquam fere recessisse, nisi cum ea forma ante consonantem posita ad formandam clausulam apta esset, ac de octo quae repugnant exemplis iure suspicatur 'aut . . . librarium errore pro *ac* his locis *atque* intulisse aut — quod fortasse multo magis probabitur — Ciceronem ipsum illud *atque* posuisse, non quo ita pronuntiaret, sed quia hanc scripturam ab aliis quoque velut Plauto ibi retentam esse scimus, ubi *ac* pronuntiabatur'. Consentit quod de Firmici eius voculae usu eruimus. Omnibus enim quinque locis quibus ante consonantem forma *atque* posita est in libello de errore, formandae clausulae servit. In Mathesi *atque* ante consonantes invenitur quadragies septies, et quadragies sexies in clausula, unde unum qui obstat locum, fol. CI^r col. I v. 35, ad legem redigendum esse patet. Ante vocales nusquam in libro de errore forma *ac* scribitur sed semper *atque*; contra ut ante vocalem *neque* pro *nec* scribat, minime Firmicus curat, immo duodevicies ante vocalem *nec* ponit, ter *neque*, idque sola in formula *neque enim* (VI 7. XIII 3. XXIV 5) ut Statius et Martialis, cf. Skutsch, Forschungen z. lat. Gramm. u. Metrik I, p. 61 adn. At in excerptis Bibliacis semper forma *neque* occurrit et ante vocalem et ante consonantem (hoc quinque illud sex locis, v. indicem). — De vocula *ve* (cf. Wolff p. 640) annotetur uno quo exstat libelli de errore

sine elisione = ‿ (quod multis eiusmodi exemplis commendatur Arnobianis); si minus, habes clausulam ferendam ‿‿‿. 117, 25 *necis ac vitae auctoritatem* scribendum cum *M* pro *vitae necisque auctoritatem,* nisi forte hic quoque non elidendum. — 17, 8 scribendum *(Mens . . . cuncta regit atque componit, et . . . ignita ac sempiterna) agitatione perpetuat* ut habet ed. princ. (*perpetua* codd., *perpetuatur* Nemethy, Kr. et Sk.), cf. 280 7 et fol. LXXII^v col. I v. 40. — 246, 24 *adornantur* recte se habet, cf. de err. XXI 2. — 253, 16 *dantes* non delendum, et quia *ac* ante *exhibentes* ferri non potest (v. infra) et quia verba *pariter ac dantes* clausulam praebent usitatissimam (v. ad II 3); scribendum: *accipientes pariter ac dantes, exhibentes fidele commercium.*

loco eam clausulae gratiae adhibitam esse, cum ceterum semper *vel* dicatur; particulae *nĕ* nihil est cum clausula[1]).

Diversarum eiusdem vocis formarum ad clausulae arbitrium electarum duo observavimus apud Firmicum exempla. In libro de errore variantur formae *vinculum* et *vinclum,* nam XII 8 scriptum est *vincla sustinuit* = –∪–∪∪∪, sed XXV 4 *vinculo iungeretur* = –∪––∪–∪. In Mathesi Firmicus semel utitur forma *inplicitus* 230, 12: *semper inplicitos* = –∪– ∪∪∪̄, cum ceteris (duodequadraginta) locis semper forma *inplicatus* exstet; unde locum de err. I 1 correximus.

His quidem in universum explicatis transimus ad § 6
proferendas novas lectiones, quas codice iterum accuratissime inspecto locis adhuc plane obscuris eruimus, et ad pertractandos quosdam locos, quibus diligentiore opus est interpretatione, quam quae sub textu addi possit. Solius folii 1^v verba suo loco fusius enarrabimus. Minora tamen, velut quod II 3 *fuerunt* exstat in codice, ubi *fuerant* falso legebatur a Flacio Bursiano Lorenzio, emendabatur a Bursiano, sub textu breviter adnotasse satis habebimus. Idque monemus, ubicunque nil de iis lectionibus memoratur, quas olim (Mus. Rhen. LX 273 sqq.) publici iuris fecimus, ibi eas iterum diligenti examine habito certissime confirmatas esse.

Cap. V 2 in versu Mithriaco adhuc ferebatur scriptum esse in codice (*Μύστα βοοκλοπίης*) CYNΔEΞIE (*πατρὸς ἀγανοῦ*), quod in *υἱὲ δέξιε* correxit Bursianus, cuius coniecturam probavit Cumont (Textes et Monuments figurés

1) Addimus quae Minucii Felicis Octavio nuper perlecto de vocularum *que* et *atque* usu notavimus:

que in clausula 23 locis = 71, 9%
que extra clausulam 9 „ = 28, 1%

Sed valde dubitamus an etiam p. 5, 6 (Halm). 12, 2. 27, 13. 30, 1. 46, 25 clausulae *que* quodammodo serviat. Restarent tunc voculae *que* extra clausulam usurpatae exempla quattuor = 12, 5%.

atque ante conson. in clausula 6 locis = 75%
atque „ „ extra clausulam 2 „ = 25%

Sed 47, 14 fortasse clausula statuenda est, ut unum exemplum (31, 11) supersit. De Arnobio alibi agemus.

relatifs aux Mystères de Mithra, tome II p. 14), repudiavit A. Dieterich (Mithrasliturgie p. 218), qui adiectivum *συνδέξιος* ut formatum ad imitationem talium adiectivorum quale *σύνθρονος σύνεδρος σύνναος* explicari posse et ad sententiam aptum esse censuit; quod fusius Friedrich l. c. p. 19 sq. exposuit. Sed tota haec interpretatio, quippe quae deum Mithram eo versu appellari statuat, stare non potest. Neque enim unquam Mithram cognomine *Μύστης* ornatum esse Cumontii indicibus probatur (tome II p. 532, 'Noms de Mithra'). Ac quo modo *μύστα βοοκλοπίης* deus ipse *βουκλόπος* compellari potest? Deinde quis est Mithrae *πατὴρ ἀγαυός*? Nusquam quicquam de Mithrae patre traditur, et qui fieri potuit, cum nullo patre genitus ex petra natus sit *θεὸς ἐκ πέτρας*? Quare 'Petram Genetricem' complures tituli tradunt (Cumont l. c. p. 533), patrem nullus. Neque igitur Mithram ipsum eo versu patet appellari, sed mystam Mithriacum; '*πατὴρ ἀγαυός*' autem ipse est Mithras, qui etiam in quibusdam titulis 'genitor' appellatur. Quamquam etiam de cognomine 'pater' eorum Mithrae mystarum cogitari potest, qui summum gradum mysticum assecuti sunt; sed obstant Firmici verba, qui cum citato versu pergat *Hunc Mithram dicunt* . . . voce *πατρὸς ἀγαυοῦ* deum Mithram significari ipse videtur confirmare. Nec tamen magna est Firmici in rebus Mithriacis auctoritas, quippe qui paulo ante triformem illam deam cum Mithrae cultu confudit, cui re vera nihil est cum Mithra, cf. Cumont l. c. tome I p. 29, II p. 14 adn.[1])

Haec cum pro certo statui possint, in accuratiore versus interpretatione haeremus ac paene desperamus. Neque enim ut ferebatur CYNΔEΞIE in codice scriptum est, sed luce clarius CYNΛEΞIE legitur:

Μύστα βοοκλοπίης συνλέξιε πατρὸς ἀγαυοῦ.

Quid hoc est? *συνλέξιε* scriptum pro *συλλέξιε* non ita

1) quod tamen impugnat argumentis haud spernendis Römer in 'Jahrbuch f. sexuelle Zwischenstufen' V II p. 725—727 (Lips. 1903).

mirabitur quisquis c. II 9 CYNXEPOMEN pro συγχαίρομεν et c. XIX NYNΦE scriptum esse pro νυμφίε observaverit. Est ratio in hac absurditate. Sed quid est συλλέξιε? Possis cogitare derivatum esse adiectivum quoddam συλλέξιος de substantivo σύλλεξις[1]), quod ut 'conventus' vel θίασ..ς intellegas, unde συλλέξιος ut θιασώτης vel tale quid interpreteris. Sed hoc verum esse vix credamus, et levi mutatione probabilem emendationem invenire frustra conati sumus, quamvis multa tentaremus, quae enumerare nihil refert. Nihilo minus tota versus sententia videtur perspicua esse. Nam cum obscurum illud adiectivum συνλέξιε, utut emendandum est, sensum fere habuisse adiectivi alicuius quale 'particeps' et cum genetivo βοοκλοπίης struendum esse veri videatur simillimum, hanc nisi egregie fallimur habemus sententiam: 'Mysta, particeps boum raptus patris augusti' quod idem est atque 'initiate sacris Mithrae'. — An latet in illa voce imperativus velut συλλάμβανε[2]) (quod exempli gratia proferimus, non quo sic emendari posse censeamus)?

Paulo post *O nefariae legis fugienda commenta* legebatur a Flacio et Bursiano; *barbarae* pro *nefariae* legit Reifferscheidius, sed *barbaricae* scribendum esse censuit Halmius, 'nam spatium, quod indicat Lorenz, maius est'. Quod recte conclusit, nam nos litteras *barbaricę* in codice certissime dispeximus.

Initio folii 5^r olim sub verbis a π_2 scriptis *quae armata clipeo lorica tecta* has litteras dispeximus: *que armata cli.e. lor... tec* (Mus. Rhen. LX 279), deinde cum Friedrichius l. c. p. 8 collato loco Macrob. Sat. I, 17, 16 (Eyssenhardt) editionis principis verba *ut armata clypeo lorica thoracae gladio et hasta* magis ad rem pertinere contendisset, quam quae in codice exstare viderentur, dubitavimus (ibid. p. 419). At iterum loco diligenter examinato pro certo affirmare possumus haec scripta esse:

1) quamquam aliud talis derivationis exemplum praesto nobis non esse confitemur.

2) vel potius συλλάζεο ut monet Krollius.

ut .rmata clype. loric.tec... Recte igitur se habet, quod Flacius *ut* praebet, ubi π_2 supra scripsit *quae*, et quod *clypeo*, non *clipeo* exhibet. In iis quae sequuntur tunc cum ipsum codicem inspiciebamus, frustra laborabamus, nam quas post *tecta* dispiciebamus litteras: *ad·r* et *er* in fine lineae, apte suppleri posse desperabamus. Nunc quae collato loco VII 6 *sepulta in loco est pariter et consecrata* coniciebamus, in tabula photographica certissime agnoscimus: *pariter* (in fine lineae!) *&* (initio lineae sequentis, ubi *-te* legebat Lorenzius) *consecratur* (quod iam pridem certum). Litterae deinde *ad.r* facillime supplentur *adoratur*, cuius vocis et creberrimae apud Firmicum (v. indicem) et accuratissime quadrantis in spatium satis clara vestigia in exemplo photographico nunc vidimus. Ita restituta sunt verba aptissima, quae in nostro contextu leges.

De totius loci argumento pauca addenda sunt, quoniam haec non satis intellegi ex Cumontii verbis concludimus (II p. 14: 'La suite, où il est question de la division de l'âme en trois parties, ne paraît avoir aucun rapport avec les mystères mithriaques'). Non ipsum sane Mithram spectant quae sequuntur, sed Firmici de Mithra licet falsam expositionem. Quae enim ratio sit inter ea quae ante lacunam a Firmico disserebantur, et ea quae in fol. 5r tractantur, rectissime explicat Oehlerus in adnotatione: 'In iis quae exciderunt scriptor disseruisse videtur de triformi, quem supra memoraverat vultu Mitrae deae, indeque viam sibi munivisse cum ad alia de triade sacra ethnicorum commenta, tum ad celeberrimum illud Pythagorae et Platonis de triplici animae divisione philosophema, quod in iis quae statim sequuntur refutare studet'. Deinde de verbis *ut armata ... consecratur*: 'Verba refer ad imaginem aut Mitrae aut Minervae Iovis capite natae virginis bellicosae, quam pro „irae" (cf. paulo infra) primae ex Platonis commento animae partis, tamquam simulacro posuisse videtur'. Res omnino perspicua fit observata ratione, qua alibi in eodem libello Firmicus

utitur ad refellendas profanarum religionum superstitiones. Etenim si memineris capite II Firmicum tractatis ipsis Osiridis sacris de physica ratione egisse, quam 'sacrorum defensores' (velut Porphyrius, cf. XIII 4) adderent, eamque acriter inpugnavisse, porro si in capite III legeris, quae ibi eodem modo primo loco de ipsis Magnae Matris et Attidis sacris, altero de physica ratione enarrantur, iam apertum est, quonam vinculo Platonica animae tripertitio cum religione triformis illius qualiscunque Hecatae — nam 'Mitram deam' merum Herodoti commentum esse nec quicquam commune habere ipsum Mithram cum dea ulla triformi affirmat Cumont l. c. II p. 17 — coniungatur. Est physica ratio, est symbolica interpretatio, qua defensores sacrorum illius deae Chaldaicae (Cumont l. c. I p. 29 adn. 7; II p. 14 adn.; Kroll, de orac. Chaldaicis, Vratisl. 1894, p. 28 sq.[1]), quam temere Firmicus cum Mithra commiscuit, conciliare religiones traditas cum doctrina philosophica studebant. Consentiunt inter se accurate tres deae formae et tres animae partes. Prima pars quae *ut armata clypeo lorica tecta adoratur pariter et consecratur,* ira est in capite constituta. Altera deae pars, *quae in asperis secretisque silvarum agrestium ferarum sortitur imperium,* ita ad mentem alteram animae partem refertur, ut cor in quo mens ponitur, *diversarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipimus, in modum silvarum tenere* dicatur. Tertia Hecatae forma, *quae libidinum vias, quae prava desideria, quae praeposterae cupiditatis monstrat inlecebras,* tertiam animae partem significat in iecore constitutam, *unde libido nascitur et voluptas.* Iam nihil hoc loco obscurum.

Cap. V 3 olim incerti haerebamus, quidnam manus

1) Hoc loco inspecto cognosces mirum in modum consentire cum doctrina a Firmico tradita locos complures Platonicorum philosophorum, quibus de Hecata animae fonte disserunt, quibusque etiam quae ratio sit illi Hecatae cum igni deo illustratur. Quae ibi breviter stringuntur, Firmici testimonio nunc satis intellecto melius explicantur. De hoc argumento fortasse alio loco fusius agemus.

prima eo loco praeberet, quo a π_1 scriptum est *ęstimat*. Certas solas dispiciebamus litteras *st*, de praecedenti littera dubitabamus, essetne *e* an *o*, et plane obscurata videbantur quae sequuntur. At cum in linea sequenti non *quęq₃* a manu librarii scriptum sit, ut olim credidimus, sed *quę prepostere* ita sub verbis *quæq₃ sopores* a π_2 superinductis delitescat, ut *p* sub *q₃*, *re* sub *so*, *post* sub *por*, *er* sub *es*, *e* litterae certa vestigia post *sopores* perspiciantur, apertum est sic totum locum restituendum esse: *Ultima pars tripertitae istius divisionis est ⟨quae⟩ libidinum vias, quae prava desideria, quae pracposterae cupiditatis monstrat inlecebras*, et habes structuram omni ex parte congruentem cum periodo antecedenti: *Tertia etiam pars est quae . . . sortitur imperium.* Quae cum postea demum intellexissemus, ipsum codicem inspicere non iam potuimus, sed in tabula photographica satis certa vestigia litterarum *est quę* sub voce *ęstimat* dispeximus. Paulo post priores (praeter Bursianum et Halmium, qui correctoris π_2 nugas arripuerunt) scribebant cum Flacio: *Ideo unam partem capiti adsignant, ut hominis iram quodammodo denotare videatur*, ac nos olim *deno . . (re)* legere nobis videbamur. At certae solae sunt litterae *. en* (et *re* initio lineae sequentis), *d* et *o* dispici non possunt, et litteris *ta* vix spatium relinquitur. Porro cum *denotare* nec facile intellegi posset nec in usum Firmicianum quadraret (cf. Mus. Rhen. LX 282: nullum eius verbi exemplum habet Firmicus), scribere maluimus *tenere*, quod et spatio aptissimum est et correcturae π_2 (*renis: t* sub *r*, *e* sub *i*!) ansam dedisse videtur et verbis sequentibus supra allatis certissime confirmatur.

Deinde in refutatione Platonicae de tripertitione animae doctrinae omnes adhuc editores legebant *etenim quod potest dividi corpus est*, nos olim legebamus *Quid etenim* . . . priorum errore decepti, a qua lectione vix ferenda[1]) profectus Skutschius coniecit *Quia etenim*, cum

1) Quamquam in Minuc. Fel. Octav. verbis (X, 2 p. 14, 10

nos rhythmicis rationibus putaremus quodammodo eam excusari posse. At quod *Q* legebamus, *O* est; quod *ui* videbatur, est *m*; quod *d* credebamus, *n* est (quae litterae, ubi scriptura fere prorsus evanuit, non ita multum differunt); quas denique litteras ut *et* et priores et nos agnoscebamus, sola *e* est hasta aucta transversa longiore, quam nos olim litterae *t* hastam superiorem fingebamus: *Omne enim quod potest dividi corpus est* (4 cretici!) recte se habere apparet. Conferre tamen liceat locum XIV, 2 *Nam omne quod vescuntur homines penus vocatur.* — Paulo post ubi *O egregia* nobis videbamur perspicere ex Krollii coniectura, decipiebamur unciali litterae Ɛ forma, qua novum colon incipitur; nihil igitur mutandum.

In folio 12ᵛ (cap. XII 8 sqq.) non *Saturnus regno timens* exstat in codice loco obscurissimo, ut Flacius ceterique legebant, sed *ꝑregno*, i. e. *pro regno timens.* Mox ubi *deceptus (Juppiter dormit)* cum Flacio scribebant, quam vocem in *P* fere evanuisse Halmius testatur, nos litteras *inui* certissime dispeximus, cum litterae *tus* in novae lineae initio omnino clarae sint. Novo sic lumine oratio ornatur: *Et contra voluntatem uxoris et filiae Troianis auxilium ferens invitus Juppiter dormit.* Respondentibus inter se vocibus *contra voluntatem* et *invitus* ridenda deorum inter se contentio non sine sale illuditur. — Paulo post *casus* pro *cultus* priorum iam olim perspiciebamus, de priore adiectivo attributo dubitabamus; nunc, quod iam tunc incerti proponebamus, satis certis in codice vestigiis inducti, *acerbi* restituimus. Cernuntur enim litterae *ui* finientes, et modulo adducto spatium accuratissime congruere vidimus cum eo spatio, quod aliis codicis locis vox *acerui* — sic enim semper pro *acerbi* scriptum — explet, scilicet XVI 3. XIX 7. Deinde non *Ad istorum cultum* sed *Ad horum c.*, et difficile est intellectu, quo-

---

Halm) *cur etenim occultare ... secreta sint?* nullus adhuc editor vitium suspicatus est.

modo *ist(orum)* legere priores ibi potuerint, ubi ne spatium quidem trium litterarum datur.

Capitis XIII exordium olim l. c. p. 286 sq. restituimus et interpretati sumus. Haec nunc habemus addenda. Ubi olim priorum editorum auctoritate nimium confisi *mortalitatis* legebamus, nunc *mediocritatis* esse scriptum pervidimus, ut iam pridem Skutschius ex aliorum ecclesiasticorum exemplis (cl. Buenemanno ad Lact. III 30. 1, Lullo epist. 1 Migne 96, 819 B *ut meae mediocritatis carinam fulcire digneris tuis almis oraminibus etc.* ep. 4 p. 821 D) proposuerat. Quae lectio clare confirmatur loco quodam Matheseos. Nam cum textus restitutus nunc sic legatur: *Discite etiam sacrosancti imperatores venerandum Alexandriae numen· unde sumpsit exordium, ut et huius inepta fragilitate detecta· ad veritatis exordium mediocritatis nostrae sermo revocetur*, mirum in modum consentit Matheseos libri VII finis sic compositus (fol. C^v, col. I v. 10 sqq.): *Haec tibi Mavorti decus nostrum partili explicavimus ratione collecta, ut omnia tibi secreta divinae istius artis mediocritas nostra manifestis interpretationibus intimaret. Sed his explicatis sermo totus ad expositionem Sphaerae Barbaricae transferatur.* Cf. LVIII^r col. I v. 35. CXII^v col. II v. 43. Minuc. Fel. V 5. Arnob. I, 1 et 38. — Sequentem periodum ex parte quidem iam pridem Krollii ingeniosa coniectura sanatam, quam veram esse nostra tunc codicis perquisitione apparuit, ut totam reficeremus, contigit observato eo more, de quo supra disputavimus, distinguendi et maiusculas in colorum initiis ponendi. Etenim cum vox *religioso* maiuscula ornata sit, iam apparebat eam vocem obscuram, quae antecedebat quamque 5—6 litteras complecti spatium docebat (v. l. c. p. 287), non ad sequentia (quod clausula commendabat *-osa famis immineret* = ‿ ‿ ‿‿ ‿ ‿), sed ad praecedentem sententiam pertinere. Porro cum formam *famis* genetivam esse pateret, desiderabatur subiectum verbi *immineret*, unde et genetivus *famis* penderet. His conclusis et variis conaminibus frustra tentatis in vocem *exitium* denique incidimus ac

statim litterarum in codice vestigia plane in eam quadrare cognovimus. Adiectivi *malitios.* extremam litteram, quae antea *a* legebatur, certe dispicere non potuimus, sed duarum hastarum vestigia non *malitiose (famis),* sed *malitiosũ (exitiũ)* supplendum esse comprobabant. Vix opus est monere, et optimam clausulam sic effici (–⏑– ⏑⏑⏑) et structuram apud Firmicum usitatissimam. Nam et vox *exitium* ab eo saepissime ad efficiendam clausulam in fine coli ponitur (duodecies in uno libello de errore), et talis eius vocis cum genetivo explicativo structura tam crebra est ut taedium moveat (cf. *Cl. Moore*, Julius Firmicus Maternus, der Heide und der Christ, Mchn. 1897, p. 22), et talis verborum collocatio multis locis deprehenditur, velut XVIII 6 *onerosum paupertatis imminet pondus.* Math. 274, 14 *mortis violenta decernit exitia*. fol. LXIX^{v} col. II v. 18 *citum mortis praeparatur exitium.* LXXIII^{v} col. I v. 5 *varium calamitatis exurgit exitium.* LXXIV^{r} I 3 *maxima infortuniorum decernuntur exitia.* LXXV^{r} I 36. 42. LXXV^{v} I 44. LXXXI^{r} I 34 cet. Denique de errore XXV 3, quem locum p. XXIV recte a nobis emendatum esse nunc non negabis. — Cetera recte se habent, ut l. c. p. 287 exposuimus, nisi quod pro *in carcerem abreptus*, ut tunc lectionem *a.reptus* supplebamus, *arreptus* in codice exstare vidimus, quae vox semel in Mathesi simili modo usurpatur (LXXVI^{v} I 29 . . . *uxorem eius alter violenter arripiet*), cum *abripere* quod sciamus nusquam in Mathesi adhibeatur, et quod *divine,* non *divina* a codice exhibetur,

Sequitur folii 17^{r} initium miserrime adfectum, quod l. c. p. 288 sic reficiebamus: *Videtis, ut vestros commenticios et fictos deos turbulentus error excogitat, ut superstitionibus anilibus et formae nobis deorum traduntur et nomina.* At inter *ut* et *commenticios* nihil certi dispici potest, et cum deinde *nobis* et clare legatur in codice et in Firmici huius loci fonte traditum sit, Ciceronis scilicet de natura deorum libro II (v. Skutschium l. c. p. 267), vox *vestros*, quae sola Flacii nititur auctoritate, stare non

potest. Supplevimus *istos*, quod et spatio aptum est et sententiae potissimum satisfacere videtur. — Vocis *traduntur* olim solam videbamus extremam litteram *r* et supplebamus Flacii secuti lectionem *traditae sunt,* quae quod iam Flacii aetate hic locus obscurissimus fuit, nullam habet auctoritatem. Nunc vero ante *r* finalem hasce litteras dispeximus: *r*, *a* vel *e*, *ntu*: habemus igitur *-rantur* vel *-rentur*. Verbis in *-ro* cadentibus perlustratis (in Gradenwitzii laterculis) et ad rem pertinere et in spatium quadrare videbatur maxime verbum *generare,* cuius etiam primas quattuor litteras, *g* praesertim, agnoscere tunc nobis visi sumus. His iam collectis Cicerone iterum inspecto egregiam eius coniecturae confirmationem invenimus; dicit enim: *quae res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles.* Neque a Firmici usu dicendi verbum *generare* alienum esse ex indice cognosces. Collatis denique locis XII 5 *videat ut Herculis . . . abegerit boves* et XXI 2 *viden ut . . . turba succedat* et respecto ipso Ciceronis textu coniunctivum maluimus ponere. Paucis versibus post non *servata (luceret)* scriptum est, quod olim legebamus pro priorum nugis, sed *renata,* quae lectio etiam multo aptior est: *ut investigatis omnibus atque detectis, quae sacrilegus error absconderat, veritas renata luceret.* Verbum *renasci* Firmicus in deliciis habuit, cf. ind. et l. c. p. 277.

In foliis 20v et 21r plurimos locos corruptos iam olim (l. c. p. 289—295) sanavimus. Addenda habemus haec. Cap. XX 5 talem textum Halmius praebet: *et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriae morientia palpitent membra, tamen in eo res est ut e Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur.* Ferri poterat illud *e Christianis*, quamquam minus acute dictum est quam solet Firmicus. Neque exstant in codice litterae *an* (quas incertas esse litteris inclinatis indicabat Halmius), sed *at*, neque litterae *xpi* ut alibi siglum sunt nominis Christi (χρ̃ι,) sed simplicem vim habent litterarum Latinarum *xpi: tamen in eo res est ut expiatis omnibus*

terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. Quid inveniri possit aptius?

In disserendo lapide sancto (XX 6) haec leguntur in principe ceterisque editionibus: *(Lapis autem hic sanctus... in angulo positus duorum parietum membra aequata moderatione) coniungit,* sed in codice nihil certi legi potest nisi *con* Unde nos olim ex multis et eiusdem libelli et Matheseos locis plane consentientibus supplebamus *conponit* (l. c. p. 292). Ac ne nunc quidem plura legere licuit, quoniam scriptura prorsus exalbuit, sed spatium longius est quam quod voce *conponit* expleatur, immo ut iam Halmius monebat, 12—15 litterae videntur scriptae fuisse. Quare aptius nobis aliquamdiu visum est verbum *conplectitur;* ac sane iam pridem in fine lineae quamvis incertam litterae *r* umbram dispiciebamus. Cf. XV 4 *populatione conplectitur.* Math. 34, 24: *circumfusione complectitur.* At scribit nunc Huelsenus[1]): '*conplectitur* ist unmöglich. Zu lesen ein *r* als Endbuchstabe eines Verbums, das aber nicht mehr als sechs Buchstaben gehabt haben dürfte. Der Rest der Zeile, Platz für 6—7 Buchstaben, scheint mir nie beschrieben gewesen zu sein'. Unde in re dubia vocem *conponit* tam multis locis similibus commendatam praetulimus.

Duobus versibus post loco adhuc obscurissimo Bursianus et Lorenzius legebant *.xiol...a,* nos *.x.ol.ta.* Bursianus proponebat *ex collata* vel *conciliata,* nos illis vestigiis solam satisfacere censebamus vocem *exsoluta,* quam aliquo modo ferri posse probare studebamus l. c. p. 293 sq. At nisi VI 4 *exstruit* et XX 7 *exspirat* nusquam in codice *s* post *x* scripta est. Aliud igitur ten-

1) Benigne intercedente Gustavo Koerte Reverendissimus P. Ehrle a nobis oratus, ut folii 21r locis obscuratis chymicae artis subsidia adhiberet, rescripsit persuasum se habere nullum auxilium ab arte chymica exspectari posse: 'Die Lücken entstanden durch fast völliges Abbröckeln der Tinte von zu fetten oder zu kompakten Stellen des Pergaments.' Deinde benevolentissime Chr. Huelsen locos illos iterum examinavit et quae dispexerat nobiscum communicavit. Quare gratias summo viro hic quoque agimus.

tandum erat, ac recte quin nunc suppleverimus *exhibita*, vix dubitamus, cuius vocis litterae accuratissime quadrant et in spatium et in vestigia veteris scripturae[1]), quaeque sententiae aptissima est: (Christus) *corporis et animi diversitatem exhibita immortalitate consociat.* Res certa fit collatis duobus Matheseos locis. In ea enim verbum *exhibere*, quod in libro de errore non exstat, quinque locis invenitur. Quorum tres minoris sunt momenti: LVII^v II 29 *amicis fidam amicitiae necessitudinem exhibens.* LXI^v II 23 *exhibebunt integros coniugales affectus.* LXIII^v II 11 *amicis exhibentes amorem* (sic AD; *honorem* N et Marc. VI 156). Sed Math. 195, 21 ut eo de quo agimus loco vox *diversitas* vicina verbo *exhibere* ponitur: ... *laborantibus hominibus ac varia rerum diversitate sollicitis purum ac fidele patrocinium defensionis exhibui.* Utroque loco malitiosa *diversitas* deletur *exhibita* aliqua re. Similiter miram plane 'disparatarum' notionum 'associationem psychologicam' (ut nostris terminis utamur) deprehendimus Math. 253, 16 et eo de quo agitur loco: utroque enim finitima est verbo *exhibere* structura quaedam vocum *vires* et *colligere.* Math. 253, 16: ... *exhibentes fidele commercium. Erunt sane in omni negotiatione solliciti* (cf. supra Math. 195, 21!) *utiles et qui substantiae facultates suis viribus colligant.* De err. XX 6 (Christus) *veteris et novi testamenti in unum colligit vires, aut* ... *diversitatem exhibita* ... (v. supra). Unde apertum est et *exhibita* et *vires* (nam antea legebatur *gentes*, v. l. c. p. 293) recte a nobis emendatum esse. Eiusdem periodi finem ut recte emendaremus, rursum maiuscula effecit, qua periodus sequens *Uos nunc Constanti* ... incipitur. Qua voculam praecedentem plane obscuratam et macula spurcatam non fuisse *at* vel tale quid probatur, quod olim

1) Scribit sane Huelsenus de hoc loco: '*excolata* scheint mir ziemlich deutlich; *x, o* und *l* sind ganz sicher; *exhibita* unmöglich', nec negandum *ex conlata* aliquo modo ferri posse (*ex collata* iam Bursian). At argumenta supra allata evincere nobis videntur *exhibita* veram esse lectionem.

l. c. p. 294 non sine iusta causa videbamur suspicari, sed ad antecedentia referendam esse. Nihil aliud igitur potest fuisse nisi *sit*, quod clausulae gratia transponendum esse non iam credimus, v. p. XXVI. Periodus illa sequens adhuc corruptissima duabus novis lectionibus facile sanata est. Etenim cum olim legeretur: *Vos nunc . . . et venerandae fidei vestrae imploranda virtus est, supra homines erigitur et a terrena fragilitate separatur, caelestium se rerum societate coniungit, quae in omnibus actibus suis prout potest dei summi sequitur voluntatem*, sententiam plane obscuram resarcire conabantur inserta bis voce *quae* (post *virtus est* et *separatur*). At habet codex non *separatur*, sed *separatus*, nec *quę (in omnibus)*, sed *qui*. Quo elegantissima exsistit periodus, quam in nostro contextu leges. Supersedemus quidem plura addere, sed facere non possumus, quin eosdem locos Matheseos, quos supra ad confirmandam emendationem *exhibita* attulimus, nunc iterum comparemus.

De err. XX 6/7	Math. 195, 21 sqq.	Math. 253, 16 sqq.
in unum colligit vires, aut certe corporis et animi diversitatem exhibita homini inmortalitate consociat... Supra homines erigitur et a terrena fragilitate separatus caelestium se rerum societate coniungit, qui ...	hominibus ... varia rerum diversitate sollicitis purum ac fidele patrocinium defensionis exhibui. ... ut a terrena quodammodo conversatione sepositus ... caelestibus me ac divinis disputationibus adplicarem.	exhibentes fidele commercium. Erunt sane in omni negotiatione solliciti, utiles et qui substantiae facultates suis viribus colligant, patres familiae ab omni luxuriarum sepositi voluptate, iusti, sibi vacantes et a conversationis publicae strepitu separati ...

At sententiae tribus his locis similitudo est nulla!

In folio 28ᵛ novis lectionibus hos duos locos correximus. In fine longi excerpti ex Apocalypsi ita habet codex (et Flacius): *et eos regnum* . . . Mutavit in *nos* Bursianus pronomen *eos*, ‘quod quamquam respondet lec-

tioni codicis Alexandrini *αὐτούς*, tamen ex eo quod sequitur *regnabimus* Firmicum *ἡμᾶς* quod etiam Cyprianus et Primasius habent legisse manifestum est.' Bursianum secutus est Halmius quamvis litteris inclinatis incertam lectionem (*regna*)*bimus* indicans. Sed aperte in codice exstat *regnabunt* litteris *nt* maiusculis in ligaturam confusis, quod Skutschius iam pridem suspicatus erat. Recte igitur etiam *eos* se habet. — In fine folii (XXVII 8) Bursianus legebat (*Neminem aput idola profusus sanguis*) *munit,* quod quo modo intellegi possit non perspicimus. Rectius Flacius post quinque in fine lineae hastas rectas (nam *nit* initio lineae insequentis scriptum est) litteram *e* agnoverat et correxerat *iuuerit.* At quinque illae hastae nec *mu* sunt nec *iuu*, sed *inu*: *Neminem aput idola profusus sanguis invenit.* Haec verba et in clausulam exeunt optimam et sensum praebent aptissimum. Nam quid sibi velit hoc loco verbum *invenire* positum, facile intellegimus collato loco XXV 2: *Sic divina dispositione quicquit Adam perdidit Christus invenit.* Christi igitur sanguis profusus perditam hominibus salutem vel ipsos perditos homines invenit, aput idola profusus sanguis neminem invenit.

§ 7 Restat ut de nostra edendi ratione pauca adiungamus. Notavimus sub textu omnes unici codicis lectiones a contextu nostro discrepantes, tacuimus editionis principis sordes, ut quam ex Palatino codice fluxisse luce clarius sit. Unde nihil refert de illa memorari nisi quae locis aperte in codice corruptis Flacius tentaverit. Ceterorum coniecturas, nisi quae rectius lecto codice irritae factae essent, diligenter attulimus. De distinctione codicis quam accuratissime in apparatu rettulimus; scito igitur, ubi nil adnotavimus, ibi codicem nos semper in distinguendo secutos esse. De testimoniis sacrarum lectionum satis habemus Bursiani verba (praef. p. IX sq.) expressisse: '... manifestum est Firmicum usum esse vetere illa librorum sacrorum interpretatione Latina secundo p. Chr. n. saeculo in Africa nata de qua dixit Lachmannus in praefatione novi testamenti tom. I, p. X sq. . . . Plerumque autem

testimonia illa ad verbum consentiunt cum iis quibus Cyprianus utitur, ex quo haud raro corruptam codicis scripturam emendare licuit; magis etiam quae ex apocalypsi petita sunt cum Primasii saeculi sexti scriptoris testimoniis a Lachmanno in editione N. T. adpositis consentiunt ...,' quod exemplis deinde Bursianus confirmat. Addimus quae Moore (Julius Firmicus Maternus der Heide und der Christ, München 1897 Diss.) p. 31 sq. exposuit: '... wegen der Reihenfolge, in welcher die Citate angeführt werden, müssen wir annehmen, daß Firmicus Cyprians Werke, besonders die Testimonia und die Schrift ad Fortunatum benützte. z. B. 18, 4—7 zitiert Firmicus hintereinander Es. 65, 13, 15; Ps. 33, 9 und 10 sq.; Io. 6, 35. 7, 37. 6, 53....[1]) Dieselben Citate kommen in der gleichen Ordnung bei Cyprian vor, Test. 1, 22; vgl. de errore pr. r. 19, 3—6 mit Test. 2, 19; d. e. 20, 2 sq. mit Test. 2, 16; d. e. 27, 5—8 mit Test. 2, 15; d. e. 28, 7—29, 2 mit ad Fortun. 2—5; von den siebzig Zitaten bei Firmicus fehlen nur zwölf bei Cyprian. (Vgl. Dombart, Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie 22, 375 f.)'. Nos tamen in recensendis testimoniorum verbis ea tantum vitia correximus, quae librariorum aperte incuria orta non ipsius Firmici esse appareret. Neque enim aut Cypriani aut Primasii, sed Firmici nobis verba restituenda erant, atque 'memoriter eum nonnunquam libros sacros citasse' Bursianus p. XI probavit. — Adiecimus sub textu locos similes ex Mathesi et a Moorio l. c. et a nobis collectos, quibus collatis ad emendandum textum satis bonum fructum cepimus. Ac posuimus paginas et lineas editionis Krollii et Skutschii (Lipsiae 1897) in afferendis locis librorum I—IV et prooemii libri V, in ceteris editionis principis, quae prodiit Venetiis 1497[2]), folia columnas

1) Quod vitium ridiculum Moore hic admiserit, tacemus.
2) 'Iulius Firmicus de nativitatibus.' In calce libri legitur: 'Impressum Venetiis per Symonem papiensem dictum bivilaqua 1497, die 13 Iunii.'

lineas, et monemus singulas columnas quadragenas quinas lineas tenere; sed ne frequentibus editionis principis vitiis deciperemur, collationes suas codicum ABDN Marc. VI 156 omnibus iis locis inspicere liberaliter Skutschius nobis permisit.

Adiecimus indicem scriptorum et indicem verborum plenissimum, quo composito ut iam ipsi haud mediocrem utilitatem nobis paravimus, ita omnibus gratum nos fecisse confidimus. Accedent syntactica quaedam memorabilia.

Gratias denique pro oblatis beneficiis agamus. Skutschius enim praeceptor noster iam pridem in omni opera adiuvare nos solitus, ut olim ad studia Firmiciana nos admovit, ita huic quoque labori semper adfuit plagulasque correxit, neque alter Aristarchus Firmicianus W. Krollius id ipsum munus invidiosum suscipere orantibus nobis abnuit. Tertius libelli emendator fautorque benevolentissimus F. Bollius exstitit, quo eodem intercedente factum est, ut Paulus Lehmann de studiis suis Flacianis quaedam ad rem nostram pertinentia insigni comitate nobiscum communicaret. De P. Ehrlii, Huelseni, Koertii erga nos benevolentia p. XLI[1] rettulimus. Atque etiam praefectos Bibliothecae Regiae Universitatis Vratislaviensis et Tabularii Urbici Ratisbonensis petentibus nobis benigne obsecutos esse grato animo confitemur.

Vratislaviae. K. Z.

CONSPECTUS LIBELLI.

CONSPECTUS SIGLORUM.

P = codex Palatinus unicus, v. p. IX sqq.
p = manus correctrix vetusta, v. p. X.
π_1 = manus Flacii Illyrici, v. p. XI sq.
π_2 = manus correctrix recens, v. p. XIII.
Fl = Flacius Illyricus in editione, v. p. V.
Wo = Wowerus in editione, v. p. V sq.
Gr = Gronovius in 'monobiblo', v. p. VI.
Mu = Muenterus in editione, v. p. VI.
Oe = Oehlerus in editione, v. p. VI sq.
Bu = Bursianus in editione, v. p. VII.
Ha = Halmius in editione, v. p. VII sq.
Kr = Krollius l. c. p. VIII.
Sk = Skutschius l c. p. VIII.
Fr = Friedrichius l. c. p. IX.
Mo = Moore l. c. p. XLV.
MR = nos in Mus. Rhen. vol. LX.
pr = priores editores.

IULI FIRMICI MATERNI V C DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM ·

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

(Desunt folia duo codicis, v. praef. p. IX.)

quod in fabricatione homi- *fol. 1r* I. *quod in fabric*acione homi- *(p. 75 Halm)*

In restituendis Firmici verbis in folio 1r scriptis id maxime spectavimus, ne diutius Firmici esse ferrentur, quae re vera e Flacii ingenio orta sunt, qui suis commentis ut editionem ita ipsum codicem parum feliciter emendare studuit. Nos igitur in columna sinistra exhibemus textum ab ipso librario P scriptum atque addimus uncis inclusa ea, quae a Flacio renovata sive litterarum formis priscam scripturam servavisse videntur sive sententiae apta sunt et Firmiciani dicendi generis legibus parent. Abiecimus ea, quae isdem de causis mera Flacii commenta deprehenderentur. In columna dextera repetimus verba a π_1 *(id est Flacio) scripta, quae in eius editione et in ceteris omnibus editionibus leguntur. Litteris inclinatis in hac columna ea exprimenda curamus, quae a P scripta non a* π_1 *renovata sunt. Cf. in universum RM 274 sq.*

Inscriptionem addidimus ex subscriptione, quam v.

1 *Quae ante ea verba, quibus in codice libellus incipitur, exciderint, facile concludi potest ex locis duobus similibus Matheseos, quibus abusus est Mo p. 7 sq., cum referri eos hoc quidem libelli de errore loco contendit (cf. Kr.): prooemia dicimus librorum III et VII. Quibus Firmicus deum fabricatorem exponit ex composita quattuor elementorum contrarietate et totum mundum et hominem ad imaginem mundi fecisse,* 'ut divino illi spiritui, qui ad sustentationem mortalis corporis ex caelesti mente descendit, licet fragile sed tamen simile mundo pararet hospitium' *(Math. 90, 19). His quidem etiam in prooemio libelli de errore explicatis veram eam doctrinam ita ostendit a diabolo perversam esse (cf. cap. XXII), ut non ex omnibus elementis mundum compositum, sed singula elementa esse principia omnium rerum miseris hominibus persuaderet eosque ut singula elementa numinum loco consecrarent impelleret. Haec est* 'perversa discretio' *(p. 2, 13). Haec cum in universum Firmicus disseruerit,* 'specialiter' *iam profitetur* 'retexenda' *esse: atque retexit in sequentibus, nam de Aegyptiis Phrygibus Assyriis Persis, aquae terrae aeris ignis cultoribus disputat: reddit quae in prooemio pollicitus est. Sententia igitur et consilium prooemii*

nis artif⟨ex⟩ .... | diximus annuis perditorum comm⟨emorationibus⟩.. .... | .... specialiter retexenda sunt .... | manifestis rationibus exempl... .... ⟨divi⟩|natione⟨m⟩ probabimus per diab⟨olum⟩ .... | ut per hoc ⟨s⟩piritus macul⟨ata⟩ cog ...... spe f⟨utur⟩ae fe|licitatis perversa ⟨discre⟩tione perve⟨rteret mise⟩|ros hom⟨ines⟩ perpetuis calamitatibus ⟨inplicatos.⟩

nis artifex effecit⟨,⟩ ut antea| *dix*imus⟨,⟩ *annuis perd*itorum commonitionibus ac excommuni|cationibus *spe*cia*liter* re*tex*en*da sunt*⟨.⟩ in testificationem veritatis | manifestis rationibus exemplorumque testimoniis divi|nationem probabimus per diabolum esse inventam et perfectam. | *ut* per hoc spiritus maculata cogit⟨atione⟩ spe fluxae fe|*licita*tis perversa discretione perverteret mise|*ros* homines perpetuis calamitatibus implicitos.

cum aperta sint, ipsam primam periodum restitui posse desperandum est: nimis multa in codice prorsus evanuerunt. Ut certum tamen coniciendi et emendandi fundamentum tabulam phototypicam folii 1[r] *addidimus. Puncta monemus litterarum obscurarum numerum accurate non significare, quippe qui ex litteris a* π_1 *suppletis facile concluditur.* — quod *P,* quae *Bu.* fabricacione $P\pi_1$. 1 effecit *non quadrat in clausulam (si modo hic est finis coli), immo* deus *post* artifex *supplendum esse probabiliter ci. Sk, v. Thesaur. l. L. II 700, 58 sqq.* ut antea *Flacii certe falsa quia semper* ut ante diximus *Firmicus dicit (undevicies in Math.: 102, 21. 103, 6. 116, 9 etc.)* 3 commonitionibus *fortasse verum, quoniam aliquoties ea vox apud F. exstat: Math. 278, 2. LXVI*[r] *II 18, sed Skutschii* commemorationibus *probatur cl. 16, 24.* ac excommunicationibus *nec spatio aptum est nec rei (errat Fr p. 17) et ei legi repugnat quam de Firmici vocularum* ac *et* atque *usu praef. § 5 statuimus.* 5 testificationum *Fl. ed., plane alia codicem praebuisse certum est (quamquam* 'veritatis testificationem' *habet Arnob. III 7).*
7 exemplorumque testimoniis *obstat legi de voculae* que *usu praef. § 5 explicatae: haec fere putemus fuisse:* exemplisque prolatis. 8 divinationem] *immo* imitatione, *v. addenda.*
10 inventam et perfectam *Firmicum non scripsisse clausula docet, cf. addenda.* 11 ut ...*: non perspicimus structuram.*
13 futurae *scripsimus cl. p. 45, 1 et Minuc. Fel. c. XXXVIII 4, p. 54, 12 Ha.* 16 inplicatos *scripsimus clausulae gratia, v. praef. § 5 (at cf. add.).* calamitatibus inplicatus *legitur*

QUATTUOR elementa es⟨se⟩ . . . . | inveni . . . . . . dubitet, id est ignem · aquam · aerem ⟨et⟩| terram. Sed haec elementa diversa sunt⟨, vel⟩ . . potes|-tate contraria. In errore sunt itaque gentes, ⟨quae cum⟩| elementis tribuant principatum adh⟨uc . . . . quasi summum deum . . . . . cetera ex ipso habeant sub|-stantiam . . . . . , nescientes quod omnia elementa | ex ipsa si⟨nt⟩ sua contrarietate coniuncta, et ⟨quod⟩ | et ipsa habeant fabricatorem deum, qui sin⟨gu⟩la ⟨sui⟩s | locis ordinibusque constituens ⟨· creavit qu⟩od aut | mente aut cogitatione collig⟨imus, aut certe⟩ | quod oculis cernimus

*Quattuor elem*enta esse principia creaturarum | *inveni*ri quis dubitet, *id est ignem* · aquam · aerem et | *terram.* Sed haec elementa *div*ersa sunt⟨,⟩ vel in potes|-*tate* contraria. In errore sunt itaque gentes, quae cum | (76) elementis tribuant principatum adhuc deputant | [ignem] quasi summum deum quasi cetera ex ipso habeant sub|-stantiam calore, nescientes quod omnia elementa | *ex ipsa s*int sua con*trarieta*te coniuncta, et quod | et ipsa habeant fabricatorem deum, qui singula suis | *locis ordinibusque constit*uens⟨·⟩ creavit quod aut | mente *aut* cogitatione colligimus⟨,⟩ aut certe | *quod oculis* cernimus

Math. 83, 28, cf. 186, 8 CIII[v] *II 16. Mo 19. Arnob. VII 12:* calamitatibus implicari. 2 creaturarum *F. scripsisse vix credamus.* 3 (creat.) nemo est qui dub. *Fl. in edit.*, non invenitur qui dub. *Bu*, nemo potest inveniri qui dubitet *Sk.* 4 et *del. Ha, at cf. Math. 90, 13* ignis scilicet et aquae, aeris et terrae*;* (id est — terram *del. Wo, at v. Sk p. 271).* 6 in *ante* potestate *vix sanum: num scribendum* sua? *Math. LXXXIX*[r] *I 41* Qui ad fabricationem omnium quattuor elementorum diversitate composita ex contrariis et repugnantibus cuncta perfecit. *cf. v. 14 (Mo 9).* 10 deputant π_1, *fortasse recte: quae sequuntur duae litterae dispici non possunt* (at *legit et* aethera *ci. Bu, cf. tab. phot.*). ignem π_1 *in mg., nec credamus specialiter de igni F. hic egisse: nec* 13 calore *recte se habet, quippe quod clausulam (quae postulatur sequenti distinctione et maiuscula) non praebeat (quamquam cf. p. 6, 13).* 14 *cf. ad 6.* 17 *Math. LXXXIX*[r] *I 28* per fabricatorem mundi deum, qui ... omnium siderum cursus ordinesque disposuit. *cf. CI*[r] *I 27. 90, 11. 197, 19. Mo 8.*

⟨divina verbi sui societate⟩| conpositum aequata⟨co⟩rpo-rum ⟨mode⟩ratio⟨ne⟩ .....|	divina verbi sui societate | conp*ositum* aequata corporum moderatione in hoc loco.
II. ÆGYPTI INCOLE AQUE ....| aquam colunt a⟨quae⟩ sup-pl⟨icant⟩ a⟨quam su⟩persti-tiosa | votorum continuatione veneran⟨tur⟩. Sed in sa|cris suis quae mysteria vocant addunt ⟨tragica⟩| funera· et funesta calamitatis ⟨metu-endae certamina:⟩|	*Aegypti incolae* aquarum beneficia percipientes | *aquam colunt,* aquis *sup-plicant*, aquas superstitiosa | *votorum continua*tione venerantur. Sed in sa|*cris suis quae my*steria vocant addunt tragica | fun*era et funest*a calamitatis metuendae certamina |

fol. 1v incestum cum sorore adulteriumque commissum, et hoc facinus severis mariti animadversionibus vindicatum. Isis
2 soror est · Osyris frater · Tyfon maritus. Is cum comperisset Isidem uxorem incestis fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osyrim artuatimque laceravit, et per omnes Nili fluminis ripas · miseri corporis palpitantia membra proiecit. Isis repudiato Tyfone ut et fratrem sepeliret et coniugem, adhibuit sibi Nepthum sororem sociam· et Anubem venatorem, cui ideo caninum caput in-

2 aequata moderatio *structa aliquomodo cum verbo* componere *creberrima apud Firmicum, cf. Mo 25. RM 292.*
3 in hoc toto *Fl. in ed. et cett., forsitan recte (nam clausula iusta).* 5 *scripturae* π_1 *(Fl) sententiam iustam censemus, verba non Firmiciana, quia clausulam non praebent postulatam ut videtur maiuscula littera sequente* (Aquã). 6 aquae .. aquam: *cf. RM 276.* 10 quae .. vocant *del. Wo.* 12 funestae .. metuenda *Sk probabiliter (cf. 23, 8 et Math. LXXVII^v I 6:* pugnarumque metuenda certamina*); at v. praef. § 5.*

14 *distinct. add. nos (quod infra litteris 'd. add.' significamus).* 16 osyris *P hic et alibi nisi quod 69, 15* osiridis.
19 *dist. add.* palpitantia *ras. corr. P ex* palpat. 21 Nepthũ *P, cf. W. Schulze, Orthographica p. XXVII sqq.;* Nephthum *vel* Nephthen *vel* Nephthyn *pr.* 22 anube *P,* Anubim *Bu Ha,* Anuben *vel* Anubin *alii.*

15 *Math. 226,17* severa iudicis animadversione, *cf. 227,19, de err. 18, 11.* 18 artuatimque, *cf. Mo p. 11.*

positum est quia lacerati corporis partes · artificio canis
vestigantis invenit. Sic inventum Osyrim Isis tradidit se-
pulturae. Fuerunt sane hi aput Aegyptum reges pariter 3
ac tyranni, sed Osyris iustus praeter illud quod cum so-
rore commisit, Tyfon furiosus · impotens · ac superbus.
Ideo ille colitur iste vitatur. Haec est Isiaci sacri summa.
In adytis habent idolum Osyridis sepultum, hoc annuis
luctibus plangunt, radunt capita ut miserandum casum
regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt
pectus · lacerant lacertos · veterum vulnerum resecant cica-
trices, ut annuis luctibus in animis eorum funestae ac (77)
miserandae necis exitium renascatur. Et cum haec certis
diebus fecerint, tunc fingunt se lacerati corporis reliquias
⟨quaerere⟩, et cum invenerint quasi sopitis luctibus gau-
dent. O misera et caduca mortalitas! Ut regibus tuis 4
per annos singulos funestas mittas inferias, neglecto deo
summo, qui omnia divina artifici moderatione conposuit,
et spem tuam perdis et vitam, nec ostensi tibi luminis
splendore corrigeris, nec | recuperatae libertatis quaeris *fol. 2r*
insignia, nec spem redditae tibi salutis agnoscis, nec ex
paenitentia praeteritorum criminum indulgentiam postu-
las. Frustra tibi hanc aquam quam colis, putas ali- 5

1 *dist. add.* 2 osyrim· *P.* 3 Fuerunt *v. praef. § 6.* 6 *d. p.* summa *add.* 8 capita · *P.* 9 defleant. capita tundunt. pectus lacerant. lacertos ueterum *P, em. Fl.* 14 quaerere *add. Ha cl. p. 7, 10 et 14 sqq.,* invenire *Bu,* repperiri *add. p sup. lin.* 15 *dist. ante* Ut *add.* 17 artifici *P,* artificii *pr.* 21 pęnitentia *P,* poenitentia *edd. ante Ha hic et alibi.* 22 *dist. post* colis *add.*

8 *verba* pariter ac *vel* et *saepissime ad clausulam formandam usurpantur, cf. 13, 1. 20, 9. 22, 5. 57, 1. 66, 18, ac 53 loci sunt in Mathesi.* 6 iste *cf. Mo p. 14.* 12 necis exitium, *cf. Mo p. 22.* 14 *Math. LXIIv II 7* sopitis omnibus infortuniis, *cf. LXIVv II 41. LXIXv II 21. LXXXVv II 25. LXXXVIr I 5. LXXXVIIr II 9. LXXXVIIIr II 43. CVIr I 43. CVIv I 8. CXIIv I 45.* 17 *Math. 90, 16* (deus ille fabricator) . . . ita hominem artificio divinae fabricationis composuit. *cf. 197, 20. LXXXIXr I 36. CIr I 28.* — moderatione conposuit. *cf. Mo p. 25, RM 292.* 18 ostensi, *cf. Mo 11.*

quando prodesse. Alia est aqua qua renovati homines
renascuntur. Hanc aquam quam colis per annos sin-
gulos, vis alia decoctis venarum meatibus siccat, aut certe
funestus regis tui sanguis inmaculat. Illam quam di-
spicis ignitam venerandi spiritus maiestate decoratur, ut
ex ipsa per veteres conscientiae cicatrices· credentibus
6 hominibus salutaris sanitas inrigetur. Sed in his funeribus
et luctibus, quae vere sunt funera, quae facta sunt· quo-
rum extant hodieque reliquiae — nam et sepulchrum
Osyridis hodieque in Aegypto est, et cremati corporis
reliquiae cernuntur — defensores eorum volunt addere
physicam rationem, frugum semina Osyrim dicentes esse,
Isim terram· Tyfonem calorem. Et quia maturatae fruges
calore ad vitam hominum colliguntur, et divisae a terrae
consortio separantur, et rursus adpropinquante hieme se-
minantur, hanc volunt esse mortem Osyridis cum fruges
recondunt, inventionem vero cum fruges genitalis terrae
fomento conceptae · annua rursus coeperint procreatione
7 generari. Pone hanc veram esse sacrorum istorum ratio-
nem, pone propter fruges vota reddi numinibus: quid ad-
(78) dis incestum, quid adulterium · quid miserandae animad-

1 aqua quā *P*. 2 renascuntur *inter exarandum corr. ex* renascantur *P*, renascantur *Fl Bu Ha (recte emendabat Wo)*. 3 *d. ante* vis *add.* 4 dispicis *P ut solet pro* despicis, *quod pr. (errat Fr p. 18)*. 5 ignita *edd. ante Ha, et Sk, at cf. 45, 24 et Gr.* 6 *d. post* cicatrices *add.* 7 in *del. Kr.* 8 veræ *P*, vere *Fl*, vera *Bu Ha.* quia facta *ci. Ha.* 9 relliquiae *Sk, et certe sic legendum.* 13 Et *Wo*, Ut *P.* 14 colligunt.. *P.* diu.sę *P.* 15 seminatur *P*, n *add. p supra litt.* t. 17 recondunt *Reifferscheid Ha*, reddunt *P*, *quod frustra tuetur Fr. 18*, redduntur *Wo*, condunt *Gr Bu cl. 8, 13.* recidunt *Oe.* genitali *Wo Mu Ha.* 18 *d. ante* annua *add.* 21 adulterū *P.*

4 *Math. 14, 23* illum quem vides natantem . . . deficere, . . suspendit. 5 *cf. 59, 18 et Math. 26, 11* regalis . . . maiestatis auctoritate decoratus. 6 *Math. 23, 16* laborantibus hominibus ingentium fontium calore et fervescentium aquarum salutari fomento conciliata sanitas irrigatur. 15 *Math.* *LXI*^{r} *II 38* (uxores) ab eorum consortio separantur, *cf. LXIV*^{v} *I 5. LXVII*^{r} *I 31.* 18 *cf. 33, 5.* 20 *Math. 18, 10* numinibus vota reddamus.

versionis exitium? Quid errantibus hominibus et simpliciter peccare cupientibus· de sacris tuis malum monstras exemplum? Physica ratio quam dicis, alio genere celetur. Quid autem celari oportuit quod | omnibus notum est? *fol. 2v* Cur plangitis fruges? Cur recrescentia lugetis semina? Ad substantiam generis humani· haec omnia divina summi 8 dei liberalitate donata sunt. Agendae sunt summo deo gratiae propter hoc, nec est summi dei lugenda largitio. Deflete potius quod erratis, et errorem vestrum restauratis semper luctibus plangite. Nolite annuis sacris quaerere funus alienum. Vestris potius funeribus parate solacia per annos singulos. O miser homo invenisse te nescio 9 quid gaudes, cum animam tuam ex istis sacris per annos singulos perdas. Nihil illic invenis nisi simulacrum quod ipse posuisti, nisi quod iterum aut quaeras aut lugeas. Quaere potius spem salutis, quaere exordium lucis, quaere quod te summo deo · aut commendet aut reddat, et cum veram viam salutis inveneris· gaude, et tunc erecta sermonis libertate proclama: εὑρήκαμεν συγχαίρομεν, cum ab his calamitatibus post paenitentiam tuam summi dei fueris indulgentia liberatus.

III. Phryges qui Pessinunta incolunt· circa Galli fluminis ripas, terrae ceterorum elementorum tribuunt principatum, et hanc volunt omnium esse matrem. Deinde ut et ipsi annuum sibi sacrorum ordinem facerent, mulieris divitis ac reginae suae amorem quae fastus amati adulescentis tyrannice voluit ulcisci, cum luctibus annuis consecrarunt, et ut satis iratae mulieri facerent, aut ut paenitenti solacium quaererent, quem paulo ante sepelie-

2 *d. add.* 3 *d. post* dicis *add.* 4 notā *P.* 5 Cur recrescentia *P, cf. RM 276;* fruges terrae et cr. *pr.* *vox* lugetis *fortasse ut creticus legenda, cf. ad 25, 4.* 6 *d. add.* 9 potius· *P.* 10 Semper *P.* 13 *d. p.* gaudes *add. Sk* (nescio = _∪?) 15 nihil quod *Oe,* nihil nisi quod *Ha dubitanter: perperam.* 17 *d. post* deo *add., v. praef. § 3.* 18 erectā *P.* 19 CYNXEPOMEN *P.* 22 PESSINUNTĀ *P.* *d. ante* circa *add.*

rant revixisse iactarunt, et cum mulieris animus ex in-
fol. 3r patientia | nimii amoris arderet, mortuo adulescenti templa fecerunt. Tunc quod irata mulier pro iniuria spretae fecerat formae, hoc ordinatos a se pati volunt sacerdotes. Sic annuis sacris cum honore terrae istius funeris pompa conponitur, ut cum persuaderetur hominibus quod colant
(79) 2 terram, miseri funeris venerentur exitium. Hic quoque sacratissimi imperatores ut error iste celetur, etiam haec sacra physica volunt esse ratione conposita. Amare terram volunt fruges, Attin vero hoc ipsum volunt esse, quod ex frugibus nascitur, poenam autem quam sustinuit hoc volunt esse, quod falce messor maturis frugibus facit. Mortem ipsius dicunt, quod semina collecta conduntur, vitam rursus quod iacta semina annuis vicibus recon-
3 duntur. Vellem nunc mihi inquirenti respondeant, cur hanc simplicitatem seminum ac frugum · cum funere · cum morte · cum fastu · cum poena · cum amore iuncxerunt? Itane non erat aliud quod diceretur? Itane non erat quod in agendis deo summo pro frugibus gratiis faceret misera mortalitas? Ut gratias pro renatis frugibus agas ululas, ut gaudeas plangis, nec te cum veram rationem videris, hoc aliquando fecisse paenituit, sed hoc agis ut

3 *Verg. Aen. I 27* . . spretaeque iniuria formae *(Mo 50).*

1 inpatientia *P,* impat. *pr.* 4 uolunt *P, v. RM 276* voluere *pr.* 6 Ut . . . uenerentur *P, v. RM 277,* et . . . venerantur *pr.* persuadetur *Wo,* -eatur *Bu, at v. Halmium ad l.* 7 *d. p.* terram *add.* iuvenis *pro* funeris *ci. Dieterich ap. Fr. p. 18, at cf. Mo p. 22 et 9, 3.* 9 physicā . . . rationē cōpositā *P.* 10 huc *P.* 11 *d. ante* poenam *add.* 14 recidivantur *Bu,* refunduntur *M. Haupt, Herm. VIII 249 (= Opusc. III 634) et Fr p. 18,* redduntur *Reifferscheid,* renascuntur *Ha; at recte videtur monere Kr contrariam in verbo* reconduntur *hic esse sententiam atque in antecedenti* conduntur, *cf.* '*recludo, refigo*'. 15 velim *Wo, v. infra.* 17 iuncxerint *cum Fl. pr, v. Sk.* 18 aliud *post alterum* non erat *repetit Sk. at cf. 7, 15.* 19 fugib; *P.* 20 agas. ululas *P.* 21 planges *P.*

1 *Math. CV*[v] *II 17* nimio impatientiae ardore. *cf. de err. 28, 5.* 15 *Math. 13, 31* Vellem itaque mihi tu . . . quaerenti ea respondeas, *cf. 15, 23.*

annuis luctibus occupatus · vitam semper fugias · mortem
requiras. Dicant mihi quid hoc frugibus profuit, ut fletus 4
suos annuis ululatibus renovent, ut renati funeris calami-
tatibus ingemescant, quod dicant physica ratione conposi-
tum? Lugetis et plangitis, et luctus vestros alia ratione
celatis. Novit agricola quando terram aratro dimoveat,
novit quando | sulcis frumenta committat, novit quando *fol. 3v*
maturatas solis ardoribus colligat segetes, novit quando
tostas terat fruges. Haec est physica ratio, haec sunt
vera sacrificia, quae ab sanae mentis hominibus annuo la-
bore conplentur, hanc simplicitatem divinitas quaerit, ut
homines in colligendis fructibus ordinatis temporum legi-
bus serviant. Cur huic ordini miserae mortis figmenta
quaesita sunt? Cur celatur lacrimis quod celari non de-
buit? Unde confiteantur necesse est, haec sacra non in
honorem frugum sed in honorem esse conposita mortis
alienae. Nam quod terram matrem esse omnium deorum 5
dicunt qui huic elemento primas tribuunt partes, vere
deorum suorum mater est, nec abnuimus aut recusamus, (80)
quia ab hac collectos deos suos · aut lapideos faciunt
semper aut ligneos. Terram omnem circumfluunt maria,
et rursus inclusa Oceani ambientis circulo stringitur, caeli
etiam rotunda sublimitate operitur, perflatur ventis ·
aspergitur pluviis, et timorem suum assidui motus tremo-
ribus confitetur. Quid vos maneat qui haec colitis con-
siderate, cum dii vestri infirmitatem suam vobis cotti-
dianis confessionibus prodant.

2 *Verg. Aen. VII 302* Quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis profuit? 6 *Lucr. VI 869* Inde ubi sol radiis terram dimovit obortus. *Verg. Georg. II 513* agricola incurvo terram dimovit aratro. *Ov. Met. V 341* glaebam dimovit aratro.

1 *d. ante* vitam *add.* 2 *d. p.* profuit *add.* fletus ... renovent ... renati *P, v. RM 277,* fletus (fetus *Ha*) ... seminent .. strati *pr.* 5 *d. ante* et *add.* 10 *d. ante* quae *add.* 11 *d. ante* hanc *add.* 15 *d. post* est *add.* non inhonore *P.* 16 cõpositã *P.* 18 dicunt· *P.* 20 *d. post* suos *add.* 24 plubiis *P.* 26 *d. ante* cum *add. Sk.*

13 miseram mortem *habes 46, 9 et decem Matheseos locis.*

IV. Assyrii et pars Afrorum aërem ducatum habere elementorum volunt, et hunc imaginata figuratione venerantur. Nam hunc eundem id est aërem, nomine Iunonis· uel Veneris virginis — si tamen Veneri placuit aliquando virginitas — consecrarunt. Iunonem sane ne et hinc deesset incestum, Iovis volunt ex sorore coniugem factam. Effeminarunt sane hoc elementum nescioqua veneratione commoti. Num quia aër interiectus est inter mare et
fol. 4r caelum, effeminatis eum | sacerdotum vocibus prosecuntur?
2 Dic mihi hoc numen est, quod in viro feminam quaerit, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effeminent vultum· cutem poliant, et virilem sexum ornatu muliebre dedecorent? Videre est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebria pati, et hanc impuri et inpudici corporis labem · gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, et contaminati corporis vitium · cum maxima delectationis macula confitentur. Exornant muliebriter nutritos crines, et delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant.

1 sqq. *Cic. de nat. deor. II 66* ... aer autem, ut Stoici disputant, interiectus inter mare et coelum Iunonis nomine consecratur, quae est soror et coniunx Iovis, quod ei similitudo est aetheris et cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autem eum Iunonique tribuerunt . . . 19 *Maecen. ap. Sen. Ep. V 114, p. 534, 20 Hense* ut cervice lassa fanantur nemoris tyranni *(A. Eichenberg, de Persii satirarum natura atque indole, Diss. Vratislav. 1905, Thes. 5). Cf. Pers. I 98 (Sk).*

1 ASSYRIIS *P, sed* S *fin. eras.* 2 *d. ante* et *add.* 3 id est aërem *del. Wo Ha, sed v. Oe et Kr et Sk.* *d. post aërem add.* 5 *pro* sane *Ha mavult* autem. 6 *d. ante* Iovis *add.* uolunt. ex *P.* 7 Etfeminarũ *P.* 8 Num *Wo,* Nã *P.* 9 *d. post* caelum *add.* 10 nomen *P, corr. Bu.* *d. post* est *add.* 13 ornatũ muliebrẽ *P,* per ornatum muliebrem *Ha,* ornatu muliebri *Fl,* ornatu muliebre *Bu.* 14 *d. ante* viros *add. dd. p.* 15 labem *et* 16 sua *et* 17 vitium *add.*

3 hunc eundem, *cf. Kroll, Mus. Rhen. LII 586.* 14 muliebria pati, *cf. 28, 18. Math. 221, 28.* *LXXVII*^{r} *I 24. Mo 49.* 15 impuri et inpudici, *cf. Mo 49.* 18 *Math. LX*^{v}*I 4* nutrient capillos.

Deinde cum sic se alienos a viris fecerint, adimpleti tibi-
arum cantu vocant deam suam, ut nefario repleti spiritu
vanis hominibus quasi futura praedicant. Quod hoc mon-
strum est quodve prodigium? Negant se viros esse, et non
sunt ⟨mulieres⟩: mulieres se volunt credi, sed aliud
qualiscumque qualitas corporis confitetur. Considerandum 3
est etiam quale sit numen, quod sic impuri corporis de- (81)
lectatur hospitio, quod impudicis adhaeret membris, quod
polluta corporis contaminatione placatur. Erubescite o
miseri summitatem: aliter vos deus fecit. Cum cohors
vestra ad tribunal iudicantis dei accesserit, nihil vobiscum
referetis· quod deus qui vos fecit agnoscat. Abicite hunc
tantae calamitatis errorem, et studia profanae mentis
aliquando deserite. Nolite corpus quod deus fecit, scele-
rata diaboli lege damnare, calamitatibus vestris· dum ad-
huc tempus patitur subvenite. Misericordia dei dives est,
libenter ignoscit. Relictis nonaginta novem ovibus | amis- *fol. 4v*
sam quaerit unam, et reverso pater prodigo filio· et vestem 4
reddit et parat cenam. Nolo vos desperare faciat crimi-
num multitudo: deus summus per filium suum Iesum
Christum dominum nostrum volentes liberat et paeniten-
tibus libenter ignoscit, nec multum exigit ut ignoscat.
Fide tantum et paenitentia potestis redimere, quicquit
sceleratis diaboli persuasionibus perdidistis.

1 *d. post* fecerint *add.* 4 *d. p.* esse *add.* 5 *alterum* mulieres *add. Oe Ha, quod clausula commendatur, P sic habet:* et non sunt. Mulieres se. *d. p.* credi *add.* 6 qualecumque *Sk.* 7 *d. p.* numen *add., cf. 27, 11.* 8 adhaeret *ut intellegas cf. 79, 3.* 10 supinitatem *vel* sublimitatem *Wo,* insanitatem *vel* stupiditatem *Oe, at cf. Arnob. I 25 VII 36.* 11 *d. ante* nihil *add.* 14 *d. p.* fecit *add.* 15 damnare calam. uestris; dum *P, em. Fl.* 16 *d. p.* est *add.* 18 *d. p.* filio *add.* 19 reddidit *P, em. Fl.* 23 penitentiã *P.*

3 futura praedicant, *cf. 28, 17, Math. 165, 26. 185, 25. 201, 6.* 8 *Math. 90, 20 de corpore divini spiritus domicilio:* licet fragile sed tamen simile mundo pararet hospitium. *cf. LXXIVv II 5, 23 sqq.* 9 *cf. 60, 4.* 13 profanam mentem *habes 64, 22 et Math. LVr II 37.* 17 *et* 22 *Math. LXXIr II 38* libenter agnoscunt.

V. Persae et Magi omnes qui Persicae regionis incolunt fines, ignem praeferunt, et omnibus elementis ignem putant debere praeponi. Hi itaque ignem in duas dividunt potestates, naturam eius ad utriusque sexus transferentes, et viri et feminae simulacro ignis substantiam deputantes. Et mulierem quidem triformi vultu constituunt, monstrosis eam serpentibus inligantes. Quod ideo faciunt ne ab auctore suo diabolo aliqua ratione dissentiant, sed ut dea sua serpentibus pullulans maculosis
2 diaboli insignibus adornetur. Virum vero abactorem bovum colentes sacra eius ad ignis transferunt potestatem, sicut propheta eius tradidit nobis dicens:

Μύστα βοοκλοπίης † *συνλέξιε πατρὸς ἀγανοῦ.*

Hunc Mithram dicunt, sacra vero eius in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi gratiam splendidi ac sereni luminis vitent. O vera
(82) numinis consecratio! O barbaricae legis fugienda commenta! Deum esse credis cuius de sceleribus confiteris. Vos itaque qui dicitis in his templis rite ⟨sacra fieri⟩ Magorum ritu Persico, cur haec Persarum sola laudatis? Si hoc Romano nomine dignum putatis, ut Persarum sacris, ut Persarum legibus serviatis * * * * * * * * *

(Desunt folia duo codicis, v. praef. p. IX.)

9 *Verg. Aen. VII 329* tot pullulat atra colubris.

4 utrumque sexum *Bu Ha cum non intellegerent genetivum* utriusque sexus *pendere ex voce* naturam *repetenda.* 5 *d. p.* transferentes *add.* 7 *d. p.* constituunt *add.* 9 pollulant *P, em. Bu, cf. 55, 13.* *d. p.* pull. *add.* 10 bonum *P, unde* bovum *Ha, at cf. 30, 20.* 13 CΥΝΛΕΞΙΕ *P, v. praef. § 6.* 14 mitrã *P.* 16 *d. p.* demersi *add.* vera *cum ironia dictum minime mutandum; '= iusta' Kr cl. Cic. Brut. 145. 226. Quintil. I 5, 18* (caeca *Fl,* dira *Bu,* perversa *vel* vana *Ha cl. 26, 21*). 17 barbaricae, *v. praef. § 6.* 19 ⟨sacrificari⟩ *add. Fl,* ⟨sacra fieri ritu⟩ *Bu,* sacra fieri *Sk.* 23 serviatis, *v. Sk et RM 278.*

10 *Math. LXXVIII[r] I 33* pecorum abactores. 15 *Math. 200, 17* infelicitatis squalore demersos, *cf. LVIII[v] I 19. LXII[v] I 24. Mo 19.* 16 *cf. 48, 3 et 61, 21.*

ut ⟨a⟩rmata clype⟨o⟩ loric⟨a⟩ tec⟨ta⟩ ad⟨o⟩r⟨atur parit⟩er *fol. 5r*
et consecratur. Tertia etiam pars est quae in asperis 3
secretisque silvarum · agrestium ferarum sortitur imperium. Ultima pars tripertitae istius divisionis est q⟨uae⟩ libidinum vias, quae prava desideria, quae praeposterae cupiditatis monstrat inlecebras. Ideo unam partem capiti adsignant, ut hominis iram quodammodo ⟨tene-⟩ re videatur. Aliam in corde statuunt ut diversarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipi- *(83)*
mus, in modum silvarum tenere videatur. Tertia pars constituitur in iecore, unde libido nascitur et voluptas. Illic enim genitalium seminum collecta fecunditas · naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. Quid 4

1 sqq. *cf. RM 279—284 et praef. § 6. Habes supra textum ab ipsa librarii manu scriptum et versus secundum codicem dispositos. Singulas litteras quae certo dispicere non poteramus, uncis inclusimus. Priorum lectiones pravas hic omittimus et ea tantum quae in codice a manibus recentioribus supra vetustam scripturam exarata sunt indicamus.* quæ armata clipeo lorica tecta π_2, *v. praef.* 2 consecratur Tertia etiam pars est quæ π_2. altera *pro* tertia *ci. Bu, at 'tertia etiam pars h. e. altera pars tertia' Oe.* 3 siluarum agrorum ferarum societatem comprehendit π_2 4 *U* π_2. t *inchoans* vocis tripertitę π_2 tite istius diuisionis ęstimat π_1 5 libidinum via., π_2. desideria, quæqꝫ sopores π_2. 6 *tota P scriptura a* π_2 *renovata, quae* in tenebris *exhibet pro* inlecebras *et in margine dextera* sopori *addit.* 7 *omnia a* π_2 *renovata, sed* Aliã *pro* irã *et* renis *pro* ⟨tene⟩ *et* es *add. in mg. d.* capitis *P*π_2, *em. Wo: an rectę se habet* capitis? *Clausulam postulat distinctio apposita.* 8 se π_2 *sup.* re *P*. ntur π_2 *sup.* (vide)atur *P*. in corde ponunt ut iecoris π_2 *sup.* in c. statuunt ut divers(arum) *P*. 9 $\pi_2 = P$. 10 $\pi_2 = P$. 11 $\pi_2 = P$, *sed* -struitur *pro* -stituitur. 12 $\pi_2 = P$, *sed* itũ *pro* enĩ. *d. p.* fecunditas *add.* 13 $\pi_2 = P$, *sed* surculis *pro* stimulis.

3 *Math. CIV*v *II 13 et CV*r *I 22:* secreta silvarum. *109,18:* ferarum amatores et quos semper silvarum deserta delectent. 5 praeposterae cupiditatis ... inlecebras: *similes loci creberrimi apud Firmicum, cf. Mo p. 18. Kr l. c. et Herm. XXIX 526. RM 281.* 9 *Math. 10,26* obtusa mentis intentione percipere. 12 *Math. 94,6* omnium genitalium seminum collectam ... fecunditatem.

ergo perficit ista divisio, diligenter aspicite, ut f⟨ac⟩ile commentum ratio veritatis inpugnet. Si dividitur anima et substantia sua diverso efficaciae genere separatur, dissoluto ordine suo † incipit esse quod fuerat. Aliud enim mens est· aliud ira· aliud libido. Animam ergo separatio ista dissolvit, et patitur maximam ex ista partitione iacturam, nec integram sui speciem res ista custodit, quae per tres contrarias separata dividitur, et ut verius dicam, fit ex ipsa divisione mortalis. Omne enim quod potest dividi corpus est. Corpus autem necesse est esse mortale. Ergo si anima dividitur corpus est; si corpus est necesse est sit ⟨eti⟩am ipsa mortalis. Egregia erroris istius ac praeclara commenta! Maximum nobis beneficium ex ista consecratione con-
fol. 5v fertur: commentis istorum ac sacris anima ******* | esse mortalis.

1 π_2 = *P, sed* rgo pficiat *pro* ergo pficit. fragile *pro* facile *Kr,* futile *Sk* (f..ile *P,* facile π_1 *vel* π_2). 2 π_2 = *P, sed* impugnet *pro* inpugn&. 3 π_2 = *P, sed* & substan *non renov.* π_2 *et* & *add. in mg. dext.* (*post* separatur). 4 diss..uto ordine suo incipit esse *et* Aliud π_2. desinit *pro* incipit *ci. Kr et Selma Skutsch.* 5 π_2 = *P.* 6 separatio ista dissoluit & *et* maximũ π_2. 7 *nihil* π_2. 8 custodit quo p̲ tes contrarias separa *et* diuiditur π_2. naturas *pro* contrarias *Kr.* separata *corr. P ex* separatur *ut videtur.* 9 it ex ipsa diuisione π_2. 10 enim — corpus est π_2 = *P.* 11 est esse mortale Ergo π_2 12 si corpus est necesse est sit π_2. ⟨eti⟩am *scribere maluimus (consentiente Kr) quam* ista, *quod olim supplebamus: dispicitur in codice nihil nisi littera* a, *ante quam duarum vel trium litterarum spatium subest* (res *pr*). 13 Egregia erroris istius π_2. O egregia *Kr.* cõmenta *P, Kr,* comitantia *pr.* 14 maximum nobis beneficium π_2. consequentia *pr.* confertur π_2. istarum nugarum (absurditatum *Fl*) animas volunt *pr, cf. add.*

2 *Math. LXXXIIv I 43* rationem plenam veritatis. 6 *Math. 88, 24* patitur semper iacturam maximam, *cf. 11, 20. LXXXIXr I 20. CXVr II 12.* 9 *Math. 21, 26* et ut verius loquar *(Mo 10). Arnob. V 33:* ut verius dicam. *VI 3* atque ut verius eloquar. 10 *formulam* necesse est esse mortale *habet Arnobius locis VII 3 et 5 et 28, quorum alterius et argumentum et structura loco Firmiciano simillima.* 14 *Math. LXXIIIv II 9* cuicumque aliquam beneficiorum contulerint gratiam.

VI. Sic sunt sacratissimi imperatores elementa a perditis hominibus consecrata. Sed adhuc supersunt aliae superstitiones quarum secreta pandenda sunt: Liberi·et Liberae quae omnia sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut et in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas. Liber itaque Iovis fuit filius, regis scilicet Cretici. Hic cum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur aput patrem studiosius quam decebat. Uxor Iovis cui Iunoni fuit nomen, novercalis animi furore commota·ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregre pater quia indignationes 2 tacitas sciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis sicut sibi videbatur custodibus tutelam credidit filii. Tunc Iuno opportunum insidiarum nancta tempus, et ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater et *(84)* sellam regni puero tradiderat·et sceptrum, custodes primum regalibus praemiis muneribusque corrupit, deinde satellites suos qui Titanes vocabantur, in interioribus regiae locat partibus, et crepundiis ac speculo adfabre facto·animos ita pueriles inlexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum·puerilis animi desiderio duceretur. Illic 3 interceptus trucidatur, et ut nullum possit necis inveniri vestigium, particulatim membra concisa satellitum sibi dividit turba. Tunc ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani

1 *In margine superiore folii* 5^v *m. 1 scripsit:* fulgentius de fabulis; *sed nihil huic est cum verbis Firmici.* 10 *d. p.* commota *add.* 12 mulier *P.* 14 filio *P.* 18 *d. ante* in *add.* 19 *d. p.* facto *add.* 20 regiis *corr. m. 1. ex* regib; 22 possit *P,* posset *pr.* 23 particulatim *P et omn. edd. praeter Ha, qui* articulatim *scribit cum Wakefieldio, Silv. crit. IV p. 249, at v. infra.*

3 *Math. 273, 22* matheseos secreta pandamus, *cf. de err. 51, 12.* 4 *Math. 280, 1* specialiter intimantes, *cf. Mo 15.* 10 omnifariam, *cf. Mo 11.* 15 fortius, *cf. Mo 16.* 24 *Math.* XC^r *II 12* conciso infante particulatim prolato, *cf.* $XCVII^r$ *I 42.* 26 variis generibus, *cf. 23, 17. Math.* LVIII^r *II 30. 183, 13. 210, 3. Mo 16.*

fol. 6r cadaveris inauditis usque in illum diem epulis | vescerentur. Cor divisum sibi soror servat, (cui Minerva fuit nomen), quia et ipsa sceleris fuit particeps, et ut manifestum delationis esset indicium, et ut haberet unde furentis patris impetum mitigaret. Reverso Iovi filia ordinem facinoris
4 exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis·et acerbi luctus atrocitate commotus·Titanas quidem vario genere excruciatos necat, nec praetermissum est in ultione filii aut tormentum aliquod aut poena, sed per omnia poenarum genera bacchatus· necem qualiscumque filii vindicavit, affectu quidem patris sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat, et quia dolor ex orbitate veniens nullis solaciis mitigabatur, imaginem eius ex gypso plastico opere perfecit, et cor pueri ex quo facinus fuerat sorore deferente detectum, in ea parte plastes conlocat qua pectoris fuerant liniamenta formata. Post haec pro tumulo exstruit tem-
5 plum, et paedagogum pueri constituit sacerdotem. Huic Silenus fuit nomen. Cretenses ut furentis tyranni saevitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt, et annuum sacrum trieterica consecratione conponunt, omnia per ordinem facientes quae puer moriens· aut fecit aut passus est. Vivum laniant dentibus taurum, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes, et per secreta silvarum clamoribus dissonis eiulantes·fingunt'animi furentis

3 quia *P*, quae *Bu Ha.* **6** acerui *P.* **7** *d. p.* commotus *add.* **9** aut pęnã *P.* **10** *d. p.* bacchatus *add.* neces *P.* **15** corpori *P, em. Bu.* **16** plastes (*vel* plasti) *Bu,* plastę *P.* **19** silenus *corr. p ex* selenus. **22** *d. p.* moriens *add.* **24** annu̇s *P.* **25** *d. p.* eiulantes *add.*

7 vario genere *novem Matheseos locis, cf. Mo 16.* **9** *Math. 29, 4* per omnia crudelitatis genera grassatum. *Arnob. II 76* omnia genera poenarum (*II 30:* per omnia libidinum genera). *IV 35* per affectus omnes meretriciae vilitatis ... bacchari. **16** *vox* plastes *exstat Math. 228, 18.* **17** *Math. 16, 6* qui isdem ac similibus membrorum liniamentis videantur esse formati. *6, 5 et 264, 13:* corporum liniamenta. *Adde 152, 11.*

insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed
per insaniam crederetur. Praefertur cista in qua cor soror (85)
latenter absconderat, | tibiarum cantu· et cymbalorum tin- fol. 6v
nitu crepundia, quibus puer deceptus fuerat mentiuntur.
Sic in honorem tyranni a serviente plebe deus factus est
qui habere non potuit sepulturam. Fuit etiam alius Liber 6
aput Thebas tyrannus magicae artis potestate perspicuus.
Hic cum muliebres animos venenis quibusdam et car-
minibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora
furentibus imperabat, ut mente captas nobiles feminas· et
libidinum ministras haberet et scelerum. Qui qualia fecerit
scelera, vel quantum matri contra filium, vel sororibus
contra fratrem imperaverit facinus, in scaenis cottidie a
tragici carminis auctoribus traditur, ut scelerati tyranni
facinerosa crudelitas· in animis audientium funestis semper
relationibus renascatur. Hunc Lycurgus sobria virorum 7
coniuratione protectus· regno exuit· pellit patria. Neque
enim effeminatus consensum virorum potuit diutius susti-
nere. Effeminatum cinaedum enim eum fuisse et ama-
torum servisse libidinibus Graecorum gymnasiis decantatur.
Nec fuga eius Lycurgus tantum est exilioque contentus,
sed timens ne fugiens et ab aliis receptus ludibriosa
scelerum suorum etiam in alia regione conderet semina,
succinctus ferro patriae dedecus minaci persequitur edicto.
Tunc Liber proiectis infulis, quas pampineis coronarum
circulis inligabat, cum semiviro comitatu fugiens — soli

26 *Aen. IV 215* cum semiviro comitatu (*Sk.*).

10 *d. p.* feminas *add.* 15 *d. ante* in *add.* 17 ꝓtestus *P.* *d. p.* protectus *add.* 19 Effeminatũ cenatũ *P, correxit Kr, qui etiam* effeminatum *glossam esse censet (*cenatum *del. pr.).* 23 contenderet *P, em. Fl.* 25 cornarũ *P.* 26 *d. ante* cum *add.*

7 *Math. 108, 3* regali ... potestate perspicuus. *cf. L VIv II 8. LXVIIIr II 6. 9. CIIIv I 35. CVIr II 9. CIXr II 13. v II 6. 14. 41. CXr II 26. 45. v I 32. 43. CXIIIr I 10.* 19 *De cinaedis in Mathesi saepissime verba fiunt.*

enim eum secuti sunt stuprorum et flagitiorum ac libi-
fol 7r dinum socii — per omnes oras vicini maris | cum summa
8 trepidatione disperationis erravit. Illic inter ebrias puellas et vinolentos senes, cum adhuc eum scelerum pompa praecederet, alter nigro amictu taeter, alter ostenso angue terribilis, alter cruentus ore dum viva pecodis membra discerpit, a Lycurgo conprehensus per proximam rupem, quae inmensum praecipitium saxis inviis fecerat, in mare praecipitatur, ut lacerum corpus marinis diu iactatum fluctibus errantium populorum animos ad sanitatis ac
(86) sobrietatis ordinem severa animadversione revocaret. Hunc finem Liberi Homerus ut et fugam et trepidationem detegeret, et ut ostenderet mortem, ait:

Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς
δῦσεν ἁλὸς κατὰ κῦμα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
δειδιότα· κρατερὸς γὰρ ἔχεν τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ.

9 Imitatur te Lycurge et sobrium institutum tuum sequitur, nec a salutaribus tuis legibus exorbitat etiam consul noster Postumius. Nam sicut in libris annalibus invenimus, Bacchanaliorum scelera ⟨Ae⟩butio quodam adulescente deferente detecta sunt. Erant adhuc in urbe Roma integri

12 *Il. 6, 135.*

1 struporꝝ *P.* 3 desperationis *pr, cf. 20, 20 et ad 6, 4.* 4 vinonettos *P, em. Fl.* *d. p.* senes *add.* p̃ceder&· Et *P, em. Bu.* 5 teter *P.* 6 pecudis *pr.* 7 *d. p.* rupem *add.* 9 ut *habet P, perperam* at *Bu Ha.* 12 et *prius om. pr.* 13 *d. p.* detegeret *add.* 14 ΦΟΒΗΘΙC *P.* 15 ΔΥCЄΝ *P,* δύσεϑ' *cum Wo edd. omn.* ΚΟΛΙΠΩ *P.* 16 ΔΙΔΙΟΤΑ *P.* ΑΝΑΡΟC *P.* 19 Livii *pro* libris *Gr, quod commendatur eo quod in Mathesi Firmicum Livio auctore usum esse Mo p. 40 sqq. probavit.* 20 Bachanaliorũ *P.* ¯butio *sic P, ut lineola ante* b *possit esse hasta transversa superior litterae* Є *in exemplo librarii Palatini fortasse non satis distincte scriptae; quamquam maiuscula littera intra sententiam stare vix potuit, nisi forte uncialibus litteris illud exemplum fuit scriptum.* Ebutio *Fl,* Aebutio *primus Oe, cf. Liv. 39, 9 sqq.*

2 *Math. LXXXIX*[r] *II 12* cum maxima animi trepidatione, *cf. Kr et Sk, Herm. XXIX 523.* 5 ostenso: *cf. Mo 11.*

mores, nec quisquam peregrinas superstitiones dissolutis moribus appetebat. Tunc nec senatus consuli · nec leges rei publicae · nec consul legibus defuit, sed investigatis omnibus qui huius sacri scelerata commenta tradebant, contra omnes severo immo Romano quaestionis examine · capitalis poena de consilii sententia decreta est, nec tam diu vindices gladii consulis conquierunt, quamdiu hoc malum fuisset radicitus amputatum. O digna Romani nominis animadversio! O priscae virtutis laudanda constantia! Nec civibus suis consul parcere voluit, cum ob purgandam patriam | peregrina vitia corriguntur. *fol. 7v*

VII. Sequitur hanc sacri contagionem, et imitatur ordinem funeris · a Cerere Hennensi muliere mors filiae consecrata. Nam quicquit in Creta pater circa filium fecerat, hoc totum Ceres aput Hennam amissa filia impatientia materni doloris instituit. Quod quatenus factum sit brevi sermone perstringam. Unicam Cereris filiam quam Graeci Persefonam, nostri immutato sermone Proserpinam dicunt, ad coniugale consortium plures petebant. Mater sollicita de singulorum meritis iudicabat, et cum adhuc omnibus matris sententia videretur incerta, dives rusticus cui propter divitias Pluton fuit nomen, temerario cupiditatis ardore, cum moras dilationis ferre non posset, *(87)* et cum praeposteri amoris coqueretur incendiis, prope Percum inventam virginem rapit. Percus est autem lacus

8 *Cic. Catil. I 3* non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, consules desumus *(Sk)*.

1 *d. p.* mores *add.* 5 seueros immo romanos *P, em. Bu* (servos i. Romanos *Fl*). *d. p.* examine *add.* 7 *d. ante* quamdiu *add.* 8 romani nomini *P, em. Bu,* Romano nomine *Fl.* 10 dum *quam* cum *mavult Ha.* *dd. ante* 12 et *et* 13 a *add.* 16 Quo quatenus *P, em. Fl.* 24 *d. p.* incendiis *add.* 25 Pergus *Ovid. Metam. V 386.* rapuit *Sk.*

7 quamdiu: *cf. Mo 17.* 16 quatenus: *cf. Mo 17.* 17 *Math. 5, 24* brevi oratione perstrinximus, *cf. 5, 28, Mo 10.* 22 temerario cupiditatis ardore: *similia ex Mathesi apud Mo 21.* 24 praeposterus amor *bis in Math., v. Mo 18.*

in Hennae civitatis finibus satis amoenus et gratus, cuius
amoenitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per
omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coro-
2 natur. Illic' invenies quicquit hyacinthi turget in caulem,
illic comam narcissi vel quod auream rosam desuper pingit,
illic albae hederae per terram molliter serpunt, et cum
purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur, nec
coronam istam alba deserunt lilia. Prorsus aptus locus,
qui gratia sua puellares animos· et invitaret pariter et
teneret. In hoc loco cum a Plutone virgo prope vesperam
fuisset inventa' vi rapitur, et superimposita vehiculo scissis
vestibus laceratis crinibus ducitur. Nec reservati ungues
fol. 8r contra amatorem rusticum aliquid profuerunt, | nec clamor
atque ululatus adiuvit, nec ceterarum strepitus puellarum.
3 Tunc una celeri cursu cum de civitate nemo succurreret,
facta ex ipso timore velocior· matri raptum virginis nun-
tiat. Contra raptorem indignata mater armatam manum
ducit. Nec Plutonem mulieris fefellit adventus, sed ut
retorsit ad civitatem oculos, et infinitos cuneos respexit
venire cum matre, funestum cepit ex disperatione con-
silium. Quadrigam qua vehiculum trahebatur, per medium
lacum dirigit. Is erat profundis voraginibus immersus.

4 *cf. Zucker, Philol. LXIV 471, qui eosdem flores apud Firmicum atque apud Ovid. Fast. IV 437—442 enumerari monet.* 7 *Verg. Ecl. III 63* suave rubens hyacinthus *(Sk).* 8 *ib. v. 442* liliaque alba. 9 *ib. 433* praeda puellares animos prolectat inanis *(H. Widmann apud Sk).* 12 [*Horat. Carm. I 6, 18* proelia virginum sectis in iuvenes unguibus acrium *confert Haupt*].

4 yacinthi *P, at conferri iubet Ha p. 28, 5.* 5 aureū *P.* 6 serpunt Et *P.* 7 suabiter *P.* 9 *d. p.* animos *add.* 11 inuenta ui· *P.* 12 resecati *M. Haupt Herm. II 8 (Opusc. III 366).* 13 *d. ante* nec clamor *P non habet, sed scriptum est* Nec. *d. p.* adiuvit *add.* *dd. p.* 15 succurreret *et* 16 velocior *add.* 16 ipso *corr. P ex* ipsa. 19 retrorsit *P.* 20 cępit *P.* desperatione *pr, cf. 18, 3.* 21 qua .. trahebatur *Ha, quod rhythmo confirmatur:* qua .. trahebat *P,* quae .. trahebat *Fl; d. add.* 22 immensus *Gr.*

2 *Math. 262, 13* coronas ex florum varietate compositas.

Illic cum amata submersus virgine miserandae matri de morte filiae funestum spectaculum praebuit. Hennenses 4 ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solacium, inferorum regem virginem rapuisse fincxerunt, et ut fides figmenta sequeretur, prope Syracusas eum per alium lacum cum virgine emersisse iactarunt. Templum sane et raptori et virgini accurate conlatis sumptibus faciunt, et annua in templo vota decernunt. Sed nullo genere matris dolor vincitur, nec muliebris inpatientiae tormenta curantur, sed credens vere filiam prope Syracusas esse visam, Triptolemo duce vilico suo nocturnis itineribus ad Syracusanae civitatis litus cum lugubri veste ac sordido squalore pervenit. Nec illic defuit qui credulam de calamitatibus suis falleret matrem. Ait se Pandarus *(88)* nescio qui vidisse non longe a Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine. Persuasum est mulieri quae quod quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis donis remunerat civitatem. Syracusani liberalitate mulieris 5 provocati, | raptum virginis consecrant, et mitigantes do- *fol. 80* lorem matris pompam miseri funeris excolunt honore templorum. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina litora filiam quaerit. Sic fluctibus tempestatibusque iactata· ad Atticae urbis locum pervenit. Illic hospitio recepta incolis· incognitum adhuc triticum dividit. Locus ex patria et ex adventu mulieris nomen accepit,

3 solaciũ Inferorũ *P.* 5 *d. ante* prope *add.* 6 lacum *H. Widmann De Gaio Vettio Aquilino Iuvenco carminis evangeliaci poeta et Vergili imitatore, Diss. Vratislav. 1905, Thes. 1, cl. Cic. Verr. II 4, 107:* locũ *P.* mersisse *P, em. Fl.* 10 filia .. uisa *P.* 16 quod quolibet *nos pro* quoquolib& *codicis.* quia *Oe, sed* quod *iam 19, 16 (ante* qu[atenus] *ut hic!) in* quo *corruptum est et causalis coniunctionis munus sexies obit (22, 1. 2. 41, 5. 70, 22. 23. 79, 8). Halmii* quoniam *(=* quõ*) stare non potest, v. ind.* 18 donis *Bu,* dotis *P (post* infinitis*! Sk),* dotibus *Fl.* 21 *d. p.* matri *add.* 23 *d. p.* iactata *add.* 25 *Nomen* Eleusin *intellege conformatum esse ex* ἐλευσ- *et ex* [H]enna, *quod oppidum etiam* Hinna *vocab·tur (CIL I 530).*

13 *cf. 47, 12 et Math. 160, 24* qui ... squaloribus sordidentur, *ac similia saepius, v. Mo 24.*

nam Eleusin dictus est, quod illuc Ceres relicta Henna
6 venerat. Sic quod ipsa dispensato quod adtulerat fru-
mento colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post
mortem ob beneficium quod ex frugum copia nascebatur,
et sepulta in loco est pariter et consecrata, et divino
cum filia appellata nomine. Amat enim Graecorum levitas
eos qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut vir-
tute se iuverint, divinis appellare nominibus, et sic ab
ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut deos dicant deos
esse credant, qui sibi aliquando profuerint. Sic de Libero
Nisa non dubitat, nec de novis ambigit Sparta sideribus,
cremat et consecrat Herculim tristis Oeta, et a vanis
7 Cretensibus adhuc mortui Iovis tumulus adoratur. Additur
tamen sacratissimi imperatores ad huius profani erroris
augmentum, quod hos homines id est Liberum et Pro-
serpinam maiore quasi auctoritate defendat. Nam Liberum
ad Solem volunt referre commenta Graecorum, Proserpinam
vero Liberam dicentes Lunam esse confingunt. Quod
quam absurdum et quam miserum sit ex ipsa veritatis
possumus ratione colligere. Quis vidit puerum solem?
fol. 9r Quis fefellit quis occidit? Quis laceravit | quis divisit
(89) quis membris eius epulatus est? Quis lunam rapuit quis
8 abscondit? Quis Plutonis coniugem fecit? Sed et errorem

2 dispensatio ... frumenta *P, em. Gr.* 5 ⟨hoc⟩ loco *Sk.* 6 appellata· numine *P, em. Wo.* *dd. p.* 7 contulerint *et* 8 iuverint *et* 10 credant *add.* 11 Nysa *Bu Ha.* spartha *P.* 12 Herculem *edd.; nos codicis scripturam tenuimus, ut qui ter (cf. 29, 8 et 30, 21)* is *vel* im praebeat. *cf. 30, 13* Diomedis, *59, 8* Sedis. oetas *P, em. Oe.* 15 *d. ante* quod *om. P, sed scribit* Quod. hihomines *P (cf. 25, 13* noNomine*), em. Fl,* binomines *Bu.* 16 libera *P.* 21 *dd. p.* laceravit *et* divisit *add.* — *Nihil in foll. 8ᵛ aut 9ʳ alia manu renovatum, errat Ha.*

6 Graecorum levitas: *cf. Math. 6, 29. 37, 12. Mo 18/19. Wölfflin, Arch. f. Lex. XII 26.* 16 *cf. 29, 13.* 19 veritatis ... ratione: *cf. ad 14, 2.* 20 *verba* ratione colligere *in clausula exstant 43, 5 et quinquagies in Mathesi (59, 10. 60, 20. 66, 31 cet.).*

istum physica rursus volunt ratione protegere: indivisam mentem et divisam, id est: *τὸν ἀμέριστον καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν*, hac se putant posse ratione venerari. Dicite mihi o miseri mortales quid naturalibus rebus additis funera? Quid dei dispositionem crudelium mortium atrocitate polluitis? Quid opus erat tam duro crudelique tormento? Quid sibi vult ista persuasio, ut divinis rebus funestae calamitatis ordo societur? ut natura siderum quam deus summus certis legibus fecit, mortalis calamitatis luctibus iungeretur? Cui rei prodest quod facitis? Miscetis terrena caelestibus, caduca superis · tenebrosa lucentibus, dolores ac luctus hominum divinis honoribus consecrantes.

VIII. Si convocato omni genere humano sol habita contione loqueretur, disperationem vestram hac forsitan oratione percuteret: 'Quis vos caduci homines · et per dies singulos summo deo variis generibus rebellantes, ad hoc tantum facinus impegit, ut profano nefariae cupiditatis errore · et mori me dicatis arbitrio et vivere? Atque utinam usitato more vel uno genere vaesanae cogitationis vestrae figmenta procederent, utinam sine contumelia mei sceleratae cogitationis vestrae grassaretur inprobitas! Nunc vos per praecipitia iactantes · mihi quoque non parcitis, nec aliquam habet vester sermo reverentiam, sed cum

1 rursus *P ut semper (v. ind.)*, rursum *pr.* 2 diuisa *P.* 3 MENEPICMENON NOY *P.* 4 o dii miseri *P, cf. 46, 20. dd. p.* 7 tormento *et* 9 fecit *et* 10 facitis *add.* 9 calamitas *P, em. Bu* (naturae *Fl. in v. praeced.*) 15 desperationem *pr, v. 18, 3 et 20, 20.* 16 *d. ante* et *add.* 17 reuellantes adhuc tantū *P.* 19 *d. p.* errore *add.* ⟨vestro⟩ arbitrio *Fl et Sk cl. 17, 9. 24, 22.* 20 vęsane *P.* 22 cogitationes *P.* vestra *Kr.* 23 *d. ante* mihi *add.*

16 per dies singulos *exstat 47, 18. 48, 9. 53, 15 et quindecies in Mathesi, cf. Mo 16 sq.* 18 *verbum* impingendi *cum sententia impellendi bis in Mathesi: 227, 5 et LV^r II 37.* nefariae cupiditatis*: cf. 29, 17. 70, 19. Math. LXXXII^r I 22.* 23 per praecipitia iactantes*: cf. 26, 16. 36, 13. Math. 33, 16. 120, 13. 18. LXXXI^v II 13.*

dedecore meo in exitium vestrum mortemque properatis. | *fol. 9v* 2 Alii me aput Aegyptum undis Nili et rapidis verticibus obstinato mentis furore submergunt, alii amputatis viribus plangunt, alii crudeli morte caesum · aut in olla decoquunt, aut septem veribus corporis mei membra lacerata subfigunt. Qui paululum mihi placida fuerit oratione blanditus, quadriiugi currus aurigam me esse confingit. Proicite aliquando tanti furoris exitium, et salutari persuasione conventi · veram salutis viam quaerite. Inimicus dei est qui haec aut cogitavit aut fincxit, nec facinus eius simplex (90) aut usitata poena comitatur, qui secreta profanis persuasionibus polluit, qui de praeclaro opere dei tanta con-

3 fingit. Lugete mortuos vestros et ipsi simili morte morituri, mittite regibus vestris ut vultis inferias, et orbitates eorum alio remediorum genere mitigate. Lugete Liberum · lugite Proserpinam · lugite Attin · lugite Osyrin, sed sine nostrae contumelia dignitatis. Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis, nolo ut errori vestro nomen meum fomenta subpeditet. Ad initium diei a deo factus sum, hoc mihi sufficit solum. Quid me honesti muneris dignitate privatis? Aliud me deus fecit, aliud esse iussit, et vos me pro libidine vestra dividitis, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis! Quicquid sum simpliciter pareo, nec aliud volo de me intellegatis nisi quod videtis. Hoc deo gratum est, hoc deus libenter amplectitur, hoc homines ad salutis viam ducit, si proiectis erroribus dei gratiam

4 simpliciter ac fideliter hauriatis.' Haec quidem sacra-

2 *d. ante* Alii *(sic P) add.* 3 uirib; *codicis tenendum cl. Arnob. V 6 (Sk), quamvis loco simili Matheseos commendetur* virilibus, *quod habent Fl et pr.* 4 *d. p.* caesum *add.* decoquent Aut *P.* 8 *dd. p.* exitium *et* conventi *add.* 9 convicti *Fl, at v. ind. et Mo 15.* 11 secreta ⟨caelestia⟩ *Kr.* 14 *d. p.* inferias *add.* 16 lugete *ter edd.*

1 in ... properatis, *cf. 74, 2.* 3 obstinato mentis furore: *cf. 78, 12. 80, 9 et inprimis Math. LXVI*r *1 27 (et 32). Math. 136, 10* qui virilia propriis sibi amputent manibus. 9 *cf. 64, 20.* 13 simili morte morituri*: cf. Mo 26.* 25 *Math. 11, 14* libenter amplectimur.

tissimi imperatores ethopoeiaco mi sermone dixisse sufficiat. At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus· perditos homines religioso sermone | convenio. *fol.* *10r* Si dii sunt quos colitis cur eos lugitis? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrimis ac luctu digni sunt, cur eos divino honore cumulatis? Unum itaque e duobus facite: aut nolite eos lugere si dii sunt, aut si luctu eos dignos putatis ac lacrimis, deos eos appellare nolite, ne luctibus ac lacrimis vestris maiestas divini nominis polluatur. Sed quia mens perdita et sceleratae cupiditatis laqueis implicata· nulla potest ratione revocari, persequar cetera ut publicatis omnibus atque detectis, quae profana consecravit improbitas, misericordia dei nomine domini nostri Iesu Christi lapsos erigat· fugientes ad se revocet· dubitantes confirmet· errantes corrigat, et quod est potissimum vitam morientibus donet.

IX. In plurimis orientis civitatibus licet (hoc malum etiam ad nos transitum fecerit), Adonis quasi maritus plangitur Veneris, et percussor eius circumstantibus vulnusque monstratur. Mars enim in porci silvestris speciem formamque mutatus, ut sibi primas partes in amore Veneris vindicaret, incaute contra se ruentem percutit

3 *d. p.* formatus *add.* 4 *codicis scripturam* lugitis = -∪- *recte se habere aperte docet clausula; unde ceteris quoque locis codicem secuti sumus (supra 24, 16), cf. 7, 5.* 7 *d. p.* sunt *add.* 8 *d. p.* lacrimis *add.* 11 *d. ante* nulla *add.* 13 noNomine *P, v. praef. p. XII*[2]. 15 confirmat *P.* 19 percursor *P.* 21 *d. p.* mutatus *add.*

1 dixisse sufficiat: *cf. Math. 58, 9. 276, 25. CXVr 40.* 2 *Math. LXXVIIv I 22* caelesti ... institutione formatus. *LXVIv I 11* divina inst. form. *7, 22:* divinarum virtutum magisterio formati. *cf. 44, 5. 87, 27.* 10 mens perdita: *cf. 31, 16 et Math. 88, 21.* cupiditatis laqueis implicata: *cf. Math. 210, 11. 260, 16. LVIv II 12. XCv I 5. Mo 19. Adde Math. 11, 16:* terrenis sordium laqueis impeditus. 12 ut publicatis ... *cf. 42, 8.* 15 et quod est potissimum: *cf. Math. 258, 7.* 18 *Math. 92, 8* cum ... Saturnus ... ad Aquarii signum transitum fecit. *cf. 92, 20. 93, 2. 244, 5. LXIr II 9. LXIIv II 2. LXIVr I 20.*

iuvenem. Si deus erat Adonis cur rivalis insidias nesci- (91) 2 ebat? Si homo cur cum superiore certabat? Sed et alium audio cum Venere coniugale habuisse consortium: Vulcanus nisi fallor ab his deorum cultoribus maritus Veneris esse perhibetur. O vanorum hominum ridenda persuasio! Inter duos maritos adulter positus · ab uno capitur · alterum vincit. Sed vide ut adulter deus maritum vinceret quod sibi corpus elegit! Porcus esse maluit qui si habebat mutandi corporis potestatem, leonis debuit potius speciem *fol. 10v* formamque suscipere. | Sed leonem dicunt qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitiae servare virtutem: merito ab adultero leonis spernitur 3 forma, et libidinosi animalis eligitur. Hic iam evangelicae traditionis secreta tractemus. Eiecto daemonio dominus porcorum gregem donat, nec inmerito, ut cum libidinosis animalibus per dura praecipitia fluctusque iactatus · per mortes porcorum varias digna nece inmundus spiritus carperetur.

X. Audio Cinyram Cyprium templum amicae meretrici donasse — ei erat Venus nomen —, initiasse etiam Cypriae Veneri plurimos et vanis consecrationibus deputasse, statuisse etiam ut quicumque initiari vellet secreto Veneris sibi tradito, assem unum mercedis nomine deae daret. Quod secretum quale sit omnes taciti intellegere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus. Bene amator Cinyras meretriciis legibus servit: consecratae Veneri a sacerdotibus suis stipem dari iussit ut scorto.

8 maluit qui *bene Oe,* maluit; Qui *P et cet. edd.* **10** Sed ⟨quia⟩ *Sk.* leonū *P.* **13** *d. p.* forma *add.* i *post* d *in voce* libidinosi *corr. P ex* d. **15** grege donat· Nec inmerito ut *P.* **23** tradito asse munū *P, em. Wo et Scaliger apud Wo.* **27** seruiit *Bu Ha, sed respondent inter se clausulae* legibus servit *et* iussit ut scorto.

5 esse perhibetur: *cf. Math.* CV^{v} *I 39.* **16** *cf. ad 23, 23.* **25** manifestius explicare: *cf. 58, 24. Math. 88, 4. 171, 2.*

Sebazium colentes Iovem, anguem cum initiant per sinum ducunt. Adhuc primi erroris vitia grassantur, et quicquit homines perdidit colitur, et funesti anguis callida ac malitiosa crudelitas adoratur.

XI. In sacris Corybantum parricidium colitur. Nam unus frater a duobus interemptus est, et ne quod indicium necem fraternae mortis aperiret, sub radicibus Olympi montis a parricidis fratribus consecratur. Hunc eundem Macedonum colit stulta persuasio. Hic est Cabirus cui Thessalonicenses quondam cruento cruentis manibus sup- (92)
plicabant. | Considerandum itaque est quale sit numen, *fol. 11r*
quod parricidalis amentia ut parricidium celaret invenit.

XII. Quapropter quicumque haec sacra devota mente veneratur, cuicumque placet superstitionis istius metuenda contagio, aut ⟨diis⟩ suis solacium quaerit, aut facinora eorum tacita cogitatione conlaudat, hoc optans · hoc quaerens · hoc utique magnopere desiderans, ut et sibi liceat quod diis suis licuit, ut et se ad consortium talis vitae morum
similitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis: Iovem 2
respicit, et inde cupiditatis suae fomenta conquirit; Probat imitatur et laudat, quod deus suus in cygno fallit,

1 initiant *P Bu Ha*, initiantur *Fl et Dieterich (Mithrasliturgie p. 123²*, *cf. Fr p. 21): at et obiectum facillime suppleas et anguem illum non ab ipsis mystis initiandis per sinum ductum esse, sed sacerdotum fuisse hoc sacramentum conficiendum, ut re patet, ita ipsis Clementis Alexandrini verbis quos afferunt probari videtur, Protrept. II 16, 2, p. 13, 18 Stählin: Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων. Cf. Arnob. V 21:* (Sebadia sacra) in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis. *Atque etiam rhythmo lectionem* initiant *confirmari monet Sk:* ⏓⏑––⏑––⏓. **8** parricidiis *P.* **9** gabirus *P, em. Wo.* **10** cruento ⟨ore⟩ *Ha, sed v. Fr 21.* **11** *d. p.* numen *add. cf. 11, 7.* **12** coleret *pro* celaret *Wo.* **14** supstionis *P.* **15** diis *Sk cl. 7, 29. 21, 3. 24, 15. 29, 11;* malis *P et pr. An* malis *tenendum (cl. 28, 19) et pro* eorum *scribendum* deorum *ut 40, 10?* **16** *d. p.* optans *add.* **21** imitatur· et *P.*

12 *cf. ad 38, 4.*

in tauro rapit· ludit in satyro, et ut liberalis in fla-
gitiis esse consuescat, quod inclusam regiam virginem
auro largiter fluente corruperit. Puerorum aliquis delecta-
tur amplexibus: Ganymedem in sinu Iovis quaerat, Her-
culem videat Hylam inpatienti amore quaerentem, Hya-
cinthi desiderio captum Apollinem discat, Chrysippum
alius· alius Pelopem videat, ut per deos suos· sibi licere
dicat quicquit hodie severissime Romanis legibus vindi-
3 catur. Adulteria eorum omnia enumerare difficile est,
quis Amymonen· quis Alopen· quis Menalippen· quis
Chionen Hippothoenque corruperit. Nempe deus vester
haec fecisse memoratur. Ille quem volunt severis ora-
culis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat·
Aethyssam rapit· Zeuxippen stuprat· quaerit Prothoen, et
Arsinoae adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto cor-
ruptarum mulierum grege una puella amatorem deum et
fol. 11^{v} vitavit et vicit: Dafnen divinans deus· | et futura praedi-
4 cens· nec invenire potuit nec stuprare. Muliebria patitur
aliquis et effeminato corpori solacium quaerit: videat Li-
berum amatori suo post mortem etiam promissae libidinis
praemia· imitatione flagitiosi coitus repensantem. Si qui
monstruoso cupiditatis ardore· in paternae necis armatur
exitium, a Iove sumat exordium. Qui fraternum desiderat
sanguinem, Corybantum sequitur institutum, et incestum

23 *Germ. Arat. 1* Ab Iove principium magno deduxit Aratus.

2 *d. p.* consuescat *add.* 3 aliqui^{s} *P.* 5 uideat· hylam inpatientiã morẽ querentẽ hyacinthi *P.* 6 apolline, discat chrysippũ *P.* 10 Quis amumonẽ· quis alopẽ· quis menalippe· quis chionẽ ippothoenqꝫ *P, em. plerumque Wo.* 14 Aethusam *pr cum Wo, Firmicum corrigentes.* zeuxippẽ — ꝑthoc. Et arsinoe *P, em. Fl et Wo.* 17 uicit dafnẽ *P.* *dd. p.* deus *et* praedicens *add.* 18 strupare *P (cf. 18, 1. Wölfflin Arch. f. Lex. IV 1).* 21 *d. p.* praemia *add.* 22 mostruoso *P.* 23 desiderat· sanguinẽ corybantũ *P.* 24 sequatur *edd. omnes rhythmum delentes* (⏒⏑⏑́⏑_⏑_⏑).

3 *Math. 233, 7* qui incestis delectentur amplexibus. 5 *cf. ad 8, 1.* 17 *cf. ad 11, 3.* 19 effeminato corpori: *cf. Math. LXXI^{r} II 26. LXXIX^{v} II 6.* 23 *cf. 31, 19 et Math. 76, 13:* ab horoscopo semper sumit exordium.

desiderantibus a Iove sumantur exempla: cum matre con- (93)
cubuit, sororem duxit uxorem, et ut integrum facinus im-
pleret incesti, filiam quoque animo corruptoris adgressus
est. Inferiores aliqui aemulo stridore persequitur, et ad- 5
versarium cupit crudeli feritate torquere: ab Apolline ex
Marsyae casibus· crudelium tormentorum ⟨ordinem⟩ discat.
Alienum aliqui desiderat, et hoc cum morte domini co-
natur implere: videat ut Herculis occiso Geryone Hiberas
abegerit boves. Si qui promiscua hominum caede gaudet,
praeposteras Martis cupiditates diligenter inspiciat. Semina
paene omnium scelerum a diis suis peccantium turba col-
legit, et ut perditus animus impune facinus posset ad-
mittere, ex praecedentibus facinorum exemplis maiore se
auctoritate defendit. Si stupri praemia corruptor inquirit, 6
si viam optat sollicitationis addiscere, in sinu corruptae
mulieris aurum Iovis videat. Si publicus parricida com-
missam sibi regni custodiam nefaria prodere cupiditate
desiderat, respiciat ad eos qui Saturnum filio prodide-
runt. Quatenus ius laedatur hospitii, vel | quatenus ami- *fol. 12r*
citiae iura turbentur, vel quatenus mensae conciliatio
sancta violetur, si qui ad iniuriam pronus quaerit, ecce

3 *d. p.* incesti *add.* **4** aemulos rigore *Oe, v. infra.* **6** *d. p.* casibus *add.* casibus discat *P,* casus d. *Fl,* cruciatus *vel* facinus *Bu,* ordinem *Sk dubitanter, quae emendatio certa fit collatis locis 30, 1 et 69, 25; cf. praeterea 7, 25. 16, 5. 23, 8. 51, 6.* **7** *d. ante* et *add.* **8** uidet *P, em. Fl.* Hercules *edd., v. ad 22, 12.* **9** abigerit *P, em. Fl.* *d. p.* gaudet *add.* **11** colligit *Bu Ha, at v. Sk.* **12** poss& admitter& ex *P,* possit *Bu Ha.* **13** *cf. 22, 16.* **15** *d. ante* si *add.* **19** *d. p.* hospitii *add.* **21** querit esse *P,* ecce *Bu.*

3 *Math. 10, 14* divinam scientiam ... proditoris animo ... inpugnat. *LXXI^v II 37. CIV^v II 14 (Kr).* **4** *Math. 50, 3* naturali quodam invidiae sibi stridore dissentiunt. *205, 5* invido stridore. *cf. LVII^v I 28. LIX^v I 45. LXXIV^r I 31. LXXXVIII^v I 21. CI^v I 20.* **10** *cf. ad. 13, 5. Math. 73, 13* diligenter inspexeris. *278, 6* diligenter inspicias. *cf. de err. 14, 1.* **17** cupiditate desiderat *in clausula p. 39, 16 et Math. 248, 11. LVIII^r II 42. LXIV^r II 7. LXXIX^v I 44. LXXXI^r I 12. XCV^v II 37. CIII^v II 33. CIV^r I 3. CV^r II 23. Adde LVIII^v II 17* nefaria libidinum cupiditate desiderent.

7 ordinem scelerum de Tantali casibus discat. O faci-
nerosae cupiditatis triste solacium! O hominum deflenda
persuasio! O infelicis imitationis cruenta meditatio! Scae-
nam de caelo fecistis, et errantes animos per abrupta
praecipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus
peccare cupientibus facinorum via de deorum monstratur
exemplis. Sed in ista criminum lege, in ista confessione
scelerum, gratias agamus illis qui etiam exitia et mortes
deorum istorum nobis nescientibus prodiderunt, ut disce-
remus omnia per tot opstantes. Fuit enim et aput veteres
licet nondum terram inluminasset domini nostri Christi
veneranda dignatio, in spernendis superstitionibus religiosa
8 constantia. Diomedis pudicus ac sobrius· Venerem vul-
(94) nerat· Martem vincit et percutit. Oti et Efialtae edicto
Mars belli potens temporali exilio damnatus· ferrea ca-
tenarum vincla sustinuit. Sarpedonem filium mortuum in
Troia Iuppiter plangit, et mercedem fabricatorum muro-
rum Neptunus a superbo rege non recipit. Alterius regis
Apollo greges pascit, et Soli omnia videnti alius occisa-
rum boum nuntiat mortes. Castores sepelit Sparta, ardet
aput Oetam Herculis, et Aesculapius alibi fulminatur.
Vulcanus a patre praecipitatus pedem frangit, Lycurgum
fugiens Liber moritur. Venus in adulterio deprehensa de-
fol. 12^{v} tegitur, et post dei nuptias | Anchisae hominis cubile secta-

15 *Enn. Ann. 181 Vahlen (ap. Cic. de div. II 56, 116)* Bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes *(Sk).*

4 *d. p.* fecistis *add.* 13 Diomedes *edd., v. ad 22, 12.* 14 Oeti *P, em. Wo.* fiąltę *P, em. Fl.* 15 *d. p.* damnatus *add.* 20 sepelit· sparta ardet· Aput *P.* 21 Hercules *edd., v. ad 22, 12.* asculapius *P.* 22 pede *P, em. Fl.* Lycurgū *corr. P ex* Licurgū. 24 *de foliis* 12^{v} *et* 13^{r} *lectu difficillimis v. RM 285—287 et praef. § 6.*

3 *Clem. Alex. Protr. IV:* σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν *(Wo).* 4 *Math. 7, 27* errantis animi vitia. *88, 19* erranti-bus animi cupiditatibus. *LXXXVII*^{v} *II 13* errantis animi vitia. 5 *cf. 7, 1.* 13 *Math. 19, 22* integer sobrius ac pudicus. *cf. 30, 22. 85, 16. LXXXIX*^{r} *II 7.*

tur. Saturnus pro regno timens devorat filios, et filium fugiens in Italia fugitivus absconditur. Ob amorem Catamiti Iuno spernitur, et ad Endymionem Luna descendit, et contra voluntatem uxoris et filiae· Troianis auxilium
ferens invitus Iuppiter dormit. O flagitiosa confessio! O 9
ac⟨er⟩bi deflendique casus! O durae servitutis miseranda condicio! Ad horum cultum deorum sanctos homines et deo devota mente credentes· sacrilegum tyrannorum traxit imperium, et ut huic facinori aliud facinus adderetur, mors est decreta nolentibus. Ad theatrum potius templa transferte, ut in scaenis religionum istarum secreta tradantur, et ut nihil praetermittat improbitas, histriones facite sacerdotes. Alter dignior locus religionibus istis inveniri non poterit. Illic amores deorum vilis turba decantet, illic casus mortesque ⟨salte⟩ntur. Illic deorum exemplis ab impuris et facinerosis magistris melius mens perdita· et adulterium docetur et facinus.

XIII. Discite etiam sacrosancti imperatores venerandum Alexandriae numen unde sumpsit exordium, ut et huius inepta fragilitate detecta· ad veritatis exordium
mediocritatis nostrae sermo revocetur. Cum in Aegypto (95)

1 pro *om. pr.* 5 invitus] deceptus *pr.* 6 ac**ui *P,* miserabiles *pr.* casus] cultus *pr.* 7 conditio π_1, *atque idem habuisse P veteris scripturae vestigia quamvis obscurata docent, nisi quod* c *praebebat pro* t *ut semper (v. locos in ind. collatos).* istorum *pro* horum *pr.* 8 *d. p.* credentes *add.* 9 imperiũ *renovatum a* π_1 12 imp^{i}btas *P* 15 saltentur *Ha,* *****ntur *P,* saltatores π_1. 16 exemplis *Sk,* ex*plis *P (i. e.* exẽplis*),* templis *vel* in templis *pr.* impuris *P,* impiis π_1 *et pr.* facinerosis *P,* facinorosis π_1. melius mens *P et* π_1. 19 ut communi nostra *pr.* 21 mediocritatis *P ut Sk coniecerat,* mortalitatis *pr.*

6 *Math. LXXII^v II 11* acerbum mortis exitium flebili calamitate decernit. *cf. RM 285.* 15 *Arnob. IV 35* saltatur Venus ... Saltatur et Magna ... Mater ... 16 *cf. ad 25, 10.* 18 *Math. LVIII^r I 26* venerandi numinis magisteriis imbutus. 19 *cf. ad 28, 23.* *cf. praef. p. XXXVIII.*

aeris ardore arescentibus frugibus malitiosum famis immineret exitium, ˈreligioso patriarchae semine procreatus iuvenis interpretatus somnium regis, totum quicquit imminebat ostendit. Ioseph erat Iacob filius, qui ob pudicitiam in carcerem arreptus˙ post interpretationem somnii
fol. 13r fuit particeps regni. | Nam septem annorum collectis et servatis fructibus alterius septennii egestatem divinae
2 mentis providentia mitigavit. Huic post mortem Aegyptii patrio gentis suae instituto templa fecerunt, et ut iustae dispensationis gratiam posteritas disceret, modius quo esurientibus frumenta diviserat, capiti superpositus est. Nomen etiam ut sanctius coleretur ex primo auctore generis accepit. Nam quia Sarrae pronepos fuerat, ex qua nonagenaria Abraham indulgentia dei susceperat filium, Serapis dictus est Graeco sermone, hoc est *Σάρρας παῖς*,
3 sed hoc invito Ioseph immo mortuo: neque enim ad hoc facinus religiosus animus˙ et deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris inlecebras ex nomine suo superstitiosis hominibus ipse praeberet, praesertim cum sciret haec esse in dei sacrosanctis legibus, ne qui hominum tale aliquit˙ aut veneraretur aut coleret. Hic in Aegypto colitur, hic adoratur, huius simulacrum neocororum turba custodit, et ad memoriam vetustatis˙ errans populus or-
(96) dinem sacrorum in honorem integerrimi ac prudentissimi hominis constitutum˙ contentiosa hodieque animositate

1 *v. praef.* **2** Religioso *P,* religiosi *pr.* **3** iuvenis Ioseph *pr.* **4** era *** cob *P litteris post* era *macula deletis. De sententia v. RM 287.* **5** carcerem missus ereptus *pr. d. p.* arreptus *videtur deesse in P.* **9** iuste *P et* π_1. **10** discer& *P,* d *renov.* π_1. modius *P,* quo modo *vel* modio *pr.* **11** capitis *P, em. Wo (qui scribit* capiti is*),* capiti eius *tentat Ha.* **14** *d. p.* filium *add.* **15** CAPPACΠEC *P,* CAPIOCTOC *legebant Bu Ha.* **16** inuitio *P, em. Fl.* **17** *d. ante* et *add.* **20** legibus Ne *P.* **22** neogrorū *P, em. Wo.* **23** *d. p.* vetustatis *add.* **25** *d. p.* constitutum *add.*

2 *et* **5** *v. praef.* **3** *cf. 40, 6 et ad 65, 7.* **10** *et* **25** *Math. LXXVII*[r] *II 34* ut haec ... posteritas contentiosa animositate perdiscat. *cf. LIX*[r] *I 44.*

custodit. Sed et in ipso simulacro sicut in ceteris· ex 4
assiduis sacrificiis immundi daemonum spiritus colliguntur.
Nihil enim operantur victimae et cruor ex assidua pecodum caede profusus, nisi ut daemonum substantia qui diaboli procreatione generantur, ex isto sanguine nutriatur.
Nam ita esse Porphyrius defensor sacrorum· hostis dei· veritatis inimicus· sceleratarum artium magister· | manifestis nobis probationibus prodidit. *fol. 13^v* In libris enim quos appellat *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*, maiestatem eius praedicans de infirmitate confessus est. In primis enim librorum partibus, id est in ipsis auspiciis positus· dixit: 'Serapis vocatus, et intra corpus hominis conlatus talia respondit.'
Dicant nunc mihi perditi homines qui 5
potior est, qui vocat et imperat et includit, an qui vocatur et paret, et cum venerit in suscipientis hominis corpore· potestate iubentis includitur? Gratias agimus Porphyri libris tuis: deorum tuorum nobis substantiam prodidisti. Didicimus per te quatenus dii tui hominibus iubentibus serviant. Serapis tuus ab homine vocatur et venit, et cum venerit statim iussus includitur, et loquendi necessitas
nolenti forsitan imperatur. Sic aput nos deos vestros 6

12 *Porphyr. reliqu. p. 111 Wolff.*

1 *d. p.* ceteris *add.* 3 uictimę *Ha cum P,* animae *pr.* pecudum *pr.* 5 *d. p.* generantur *add.* 6 ista esse *cum P Bu Ha, em. Wo (error in codice ortus ex* isto *praecedenti).* sacrorũ *P,* Stoicorum *Fl,* simulacrorum *Ha, (*idolorum *ci. Gr).* hostis — magister *Wilmannsius et Reifferscheidius in codice dispexerunt, inepta pr. Distinctiones loco obscurissimo dispici non possunt.*
9 ΛΟΓΙΟΝ *P.* 11 libõrũ *P. Verba* id est — positus *recte se habent, v. Kroll Mus. Rhen. LII 590, Fr 22.* (auspiciis imposturae *G. Wolff,* auspiciis operis sui *Ha, totam parenthesin del. Wo*). auspiciis = –◡– *esse docet clausula.* 13 qui potior *P,* quis *cum Fl edd.* 17 *d. p.* tuis *add.* 18 iuuentib; *P.*

2 *Math. 123, 6* pravi daemonum spiritus. *15* malignorum daemonum spiritu. 5 *cf. 6, 18.* 6 *Math. LXXXIX^r I 23* noster Porphyrius. 7 *Math. 158, 4* secretarum quarundam artium ... magistros. *158, 12 = 168, 24* absconsarum (quarundam) artium magistros. *170, 21* oratoriarum a. m. *211, 5* liberalium a. m.

cum hominibus nocere coeperint, religiosi sermonis flagella castigant. Sic in corpore hominum constituti· dii vestri verbo dei spiritalium flammarum igne torquentur, et qui aput vos quasi dii coluntur, aput nos religiosae fidei medelas Christi gratia humano subiacentes imperio· et tormenta repugnantes sustinent· et victi poenis ultricibus subiugantur.

(97) XIV. Penates etiam qui sint explicare contendam, ne quid a me praetermissum ⟨esse videatur. Qui nihil aliud putant⟩ esse vitam, nisi vescendi et potandi licentiam, hos sibi deos ex cupiditatis suae humilitate fincxerunt, nutrimenta corporis quae ex cottidianis epulis conparantur, hoc nomine pro salute hominum consecrantes. Quia per epulas corporis reficitur infirmitas, alimenta solum esse deum sancxerunt, | nescientes divini oraculi veri- fol. 14r
2 tatem. Cum enim dominus Iesus Christus cum diabolo pro nostra salute sollicitus· divina maiestatis suae conluctatione certaret, et ut de faucibus eius quem gerebat hominem liberaret, hac eum responsione quassavit. Nam cum diceret ei diabolus: 'Si filius dei es fac ut isti lapides panes fiant,' respondens ei dominus dixit:

20 *Matth. IV 3 (Luc. IV 3).*

1 *d. p.* coeperint *add.* **2** *d. ante* dii *add.* **5** medela *Fl Bu* **8** POENATES *P.* **9** prętermissū esse uitā *P.* sit praetermissum. Qui nihil aliud putant *Fl. Rectius Bu ea supplevit, quae in nostro contextu leguntur, cf. infra.* **12** æpulis *P sicque etiam 46, 22 et 71, 4; ceteris quattuor locis (v. ind.)* ępulae. **17** *d. p.* sollicitus *add. vix nos continemus quin* conflictatione *scribamus, v. infra.* **18** certaret; Et ut *P,* et *del. Bu Ha.* quę *P, em. Fl.* **19** *d. p.* liberaret *add.*

1 *Math. 28, 13:* facinora eius .,. nulla ultricium deorum flagella castigant? **8/9** *Math. 77, 19* hunc locum nunc explicare debemus, ne quid a nobis in ista institutione praetermissum esse videatur. *Cf. 95, 28, Mo 9.* **18** *Math. 36, 20* alii de filio erratica contentionis conflictatione certarent. *cf. 20, 3. 146, 11. 195, 3. 217, 12. LXXVI^v II 5. LXXXVII^r II 38. IC^v II 39. de err. 61, 6. Vox* conluctatio *nisi hoc loco nusquam apud Firmicum.*

'Non in pane tantum vivet homo, sed in omni verbo dei.' Nescientes itaque substantiam generis humani· cottidianas epulas hoc nomine consecrarunt. Nam omne quod vescuntur homines penus vocatur: hinc et cella penaria, hinc et dii penates ab abiectis et prostratis hominibus misera sunt cogitatione conpositi.

Vesta autem quid sit discite, ne putetis antiquum 3 aliquid aut cum summo terrore religionis inventum. Ignis est domesticus qui in focis cottidianis usibus servit. Quapropter cocos habeat non miseras virgines sacerdotes, quae contempnentes ignis ipsius favillas· aut prostituto corpore peccare coguntur, aut in virginitate perseverantes· perdunt honestam gloriosi nominis dignitatem.

XV. Palladii etiam quid sit numen audite. Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum. Hoc Abaris Scytha fecisse perhibetur. Iam quale sit considerate quod Scytha barbarus consecravit. Estne aliquid aput Scythas humana ratione conpositum, et illa effera gens hominum et cru- (98) deli atque inhumana semper atrocitate grassata· in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire?

4 *Cic. de nat. deor. II 68* est enim omne quo vescuntur homines penus. 18 effera gens hominum et crudeli *hexametri fragmentum esse monet Mo 49.*

1 uiu& *P (ζήσεται Graece),* vivit *pr.* *d. p.* homo *add.* 3 *d. p.* humani *add.* 4 *An* quo *pro* quod *scribendum cum Cic.? (Sk).* pęnus *et* pęnates *P.* 5 *d. p.* pęnaria *add.* 11 constituto *P, em. Fl (qui habet* pro constituto *operarum errore) et Wo. Sententiam totius loci non satis intellegimus. 'Totus locus laborat, et vix in integrum restitui poterit' Mu;* ipsae *pro* ipsius *Sk, quo et rhythmus et sententia aliquo modo reficitur.* 12 *d. p.* perseverantes *add.* 14 quod sit *mavult Ha.* numen· *P.* 15 auaris *P, em. Ios. Scaliger apud Wo, cf. 36, 1 et 5.* 16 *post* sit *in P vocabulum erasum, quod* audite *fuerat, cf. RM 288.* 18 hominum *del. Wo.* 20 inueniri *P.*

11 *Math. LXXI*[r] *II 39* istam prostituti corporis necessitatem. *cf. LXXXI*[v] *II 39. Mo 18.* 19 *Math. 6, 22* Scythae soli inmanis feritatis crudelitate grassantur *(Mo 18). 27, 8* talis est feritatis atrocitate grassatus.

2 Simulacrum hoc Troianis Abaris vendidit stultis homini-
fol. 14v bus vana promittens. Vendebatur deus | ut prodesset em-
ptori, et emptor suppliciter adorabat quicquit paulo ante
viderat subhastatum. Substantia autem simulacri ipsius
ex ossibus Pelopis est. Si humana vis Abari miseros
homines ossa venerari, purioris saltim et castioris hominis
reliquias collige. Accedat idolo quod facis, ex hominis
virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, et
diu prostituti pudoris damna sustinuit. Sed nec adulto
ei scelus defuit: eum cuius filiam petebat fraude prodi-
toris occidit, proditorem etiam ipsum periurus adgressus
est, et ne promissa redderet praemia, hunc eundem per
abrupta praecipitia iactavit. En cuius electa sunt ossa,
3 ut deus fieret qui urbes et regna servaret. Sed nec ser-
vavit aliquando nec profuit, et quid se maneat ex urbium
in quibus fuit casibus vidit. Incensa est Troia a Graecis·
a Gallis Roma, et ex utroque incendio Palladium reser-
vatum est, sed reservatum non propriis virtutibus sed
humano praesidio. Ab utroque enim loco homines libe-
rant, et translatum est ne humano flagraret incendio.
Tanto numini humana fuerunt praesidia necessaria, et ne
arderet humanum quaesivit auxilium. Dilatum est Palla-
dium ab incendio non liberatum. Stat sententia· manet
poena, ignis imminet· ignis urguet, quem vitare non po-
4 terit. Iam parturit flamma caelestis, iam divinae animad-
versionis monstratur adventus, iam futurae cladis nuntia-
tur exitium. In hoc incendio Palladium latebras invenire
non poterit. Ignis iste scrutatur abdita· quaerit absconsa,|

1 auaris *P.* 5 uis · auari *P.* 11 periurus *P,* periuriis *pr praeter Bu, cf. Sk.* 12 *d. p.* praemia *add.* 13 ossa ut *P.* 14 seruaret Sed *P.* 19 loco] foco *Sk cl. l. 23* 20 liberant *P,* liberarunt *Bu Ha, cf. Sk.* 21 Tanta *P, em. Fl.* 24 *d. p.* imminet *add.*

9 prostituti pudoris: *cf. Mo 18.* 11 *adiectivum* periurus *octies in Mathesi usurpatum, substantivum* periurium *semel (123, 4* omnia periuriorum genera*).* 13 *cf. ad 23, 23 et 30, 4.* 28 absconsa*: cf. Mo 10.*

et quicquit errantes homines vanis persuasionibus perdi- *fol. 15r* dit, rapida flammarum populatione conplectitur. 'Venit enim' inquit 'dies domini ut ardens clibanus'. Audisti quid veniat. Nihil est quod ex te collectum in apothecis dominicis reponi possit. Ardebis ut stipula, cuius inanis vilitas in cineres favillasque servatur, quam rapax ignis violentia cogenti spiritus pascitur. Hic est *(99) 5* exitus finisque vester, haec est poena quam pro deceptis hominibus deus statuit, ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem dei miserum hominem aut decepit aut perdidit. Volo sane diligenter inquirere, cuius Minervae hoc volunt esse signum. Plures enim Minervas fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singularum itaque genus institutum artem propositumque dicamus, ut ex his omnibus inveniri possit Palladium cuius Minervae sit nomine consecratum.

XVI. Quinque Minervas fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est Vulcani filia quae Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanae conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Aegypto Nili regis filia, textrinae artis magistra. Tertia vero patre Saturno genita est, sed hanc viraginem fuisse commemorant. Nam numquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta Iovis Cre-

2 *Malach. 4, 1 (3, 19).* 20 *cf. ad 61, 23.*

1 *d. p.* perdidit *add.* 3 *d. p.* cliuanus *(sic P!) add.* audisti quid veniat *bis habet P.* 6 quē *P, em. Fl,* qua *Ha (cum* que *esse in codice putaret).* 7 congeniti *Fl,* cogentis *Bu,* cogente *Ha.* 8 uester Hæc *P.* 9 flammis qui *P.* 11 *d. p.* inquirere *add.* 13 *post* nec *in P rasura duarum litterarum quae videntur* du *fuisse:* necdum*?* Singulare *P, em. Fl Kr Fr 23.* 21 magistra Tertia *P.* 24 strepituque pugnarū & *P.*

8 exitus finisque*: cf. Mo 22.* 19 agrestem conversationem *habes Math. 94, 17. 22. 26.*

tici regis fuit filia, quae occisum patri detulit Liberum. |
fol. 15v Quinta Pallante patre et Titanide matre orta est, quae
2 patris appellata nomine Pallas est ab hominibus nuncupata. Haec parricidalis amentia furoris et vaesanae temeritatis instinctu· patrem Pallantem crudeli morte iugulavit, nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius triumpharet, exuviis corporis eius † ornatae sunt, ut parricidii facinus ex crudeli ostentatione publicaret. Huius est Palladium (pro nefas) nomine consecratum, haec est Pallas quae colitur, haec est quae pontificali lege servatur, et cuius facinus severius damnari debuerat, eius imago suppliciter adoratur. Adponite ignem augete flammas ut cottidianis sacrificiis vestris discat ardere. Quid enim meretur aliud parricida, nisi ut perpetua continuatione
(100) flammarum ante sententiam dei cottidie flammis ultricibus
3 concremetur? Busta sunt haec sacratissimi imperatores appellanda non templa. Rogi sunt potius dicendi mise-

16 *Verg. Aen. II 587* ultricis flammae *(Mo 50).*

1 *d. p.* filia *add.* 2 Tritonide *Wo et Scaliger, at conferri iubet Ha Clem. Alex. Protr. II et Ampelium 9, 10.*
5 *d. p.* instinctu *add.* 6 *d. p.* contenta *add.* 7 triumphar& exubiis *P.* 8 ornatę sunt· *P,* ornata est *Fl, quod commendatur et clausula et Clem. Alex. verbis Protr. II 28, 2, p. 21, 3 Stählin:* ἣ ... τῷ πατρῴῳ κεκόσμηται δέρματι ὥσπερ κῳδίῳ *(Sk);* ornat scutum *tentat Bu,* ornatae sunt manus *Ha.* 12 sæuerius *P, item 39, 10.* sęuerũ *70, 20; ceteris locis* sev. 14 discat *Bu,* dicat *P,* dicatur *Fl.* 15 *d. p.* parricida *add.* continuatione *ante nos restituit Dieterich apud Fr 23,* imitatione *P* (mutatione *Fl,* circumdatione *Ha*).

4 *cf. 27, 12. Math. 227, 3* parricidali . . . furoris amentia, *idem CXIr II 33.* vaesanae temeritatis instinctu*: similia creberrima apud Firmicum, cf. Mo 20.* 16 *cf. 44, 3. 69, 24 et hos Matheseos locos: 210, 21* adsidua continuatione. *LVIv I 18* multiplici semper continuatione perpetua, *et multi similes sunt loci; vox* continuatio *quadragies invenitur in Mathesi.*
16 *Math. CVIIr I 14* publica sententia flammis ultricibuş concremabuntur.

rorum. Nam in honorem hominum perditorum aedes pro sepulchris miseranda hominum servitus fecit. Hic crematorum corporum favillae servantur, hic cineres mortuorum inreligiosa lege conduntur, ut acerbarum mortium casus cottidiano victimarum sanguine recrudescant, ut tristis lamentationis exitus renovatus annuis luctibus renascatur, ut sopitos fletus recentior ululatus exagitet, ut parricidia vel incesta vel mortes ex sacrorum ritu misera mens hominum et colere discat et facere. Amputanda sunt haec 4 sacratissimi imperatores, penitus atque delenda, | et seve- *fol. 16r* rissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum orbem praesumptionis istius error funestus inmaculet, ne pestiferae consuetudinis convalescat inprobitas, ne quicquit hominem dei conatur perdere diutius in terra dominetur. Nolunt quidam et repugnant, et exitium suum prona cupiditate desiderant. Sed subvenite miseris, liberate pereuntes. Ad hoc vobis deus summus commisit imperium, ut per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus, erroris notae sunt poenae, sed melius est ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Aegrotantes contraria de- 5 lectant, et cum corpus hominis adversa valitudo possederit, contra salutem suam a laborantibus perversa poscuntur. Capta mens languoris vitio morborum semper augmenta desiderat, et medelas artificum aspernata contempnit, respuit remedia medicinae, et in exitium suum prona

14 *1. Tim. VI 11 et 2. Tim. III 17, cf. 70, 23 (Sk).*

2 fecit *Sk,* fit *P,* facit *Fl.* **4** aceruarũ *P.* **5** recrudescant *Bu,* recrudescat *P.* *dd. p.* **15** repugnant *et* **20** invitos *add.* **22** possiderit *P.* **24** moruorꝝ *P.* **26** remedia *corr. P ex* remediũ, *quod praeferebant pr, sed v. Sk et 40, 2.*

7 *cf. ad 5, 14.* **13** *Math. 95, 16* crevit inprobitas. *cf. ad 40, 1.* **16** *Math. LXXVIv I 1* prona mentis cupiditate desiderans. *cf. ad 29, 17.* **26** *Math. CIVv I 40* prono animositatis studio. *CVr I 24* prona animositate. *CVr II 27* prona libidinis animositate festinans. *cf. de err. 24, 1.*

animositate festinat. Tunc si malum morbi fortius creverit, maiora remedia quaeruntur, et pro salute hominis sollicita fortius se medicina conponit. Asperi cibi amari potus nolentibus ingeruntur, et si convaluerit malum, et ignis adhibetur et ferrum. Sic homo recepta sanitate· et salute sibi reddita, quicquit aegrotantis corporis vitio invitus passus est, hoc totum pro utilitate sua factum esse ⟨con⟩stantis animi iudicio confitetur.

(101) XVII. Accipite etiam sacrosancti principes nomina ⟨d⟩eorum qua sunt ratione conposita. Lumen hoc quod hominibus iussu dei fugatis tenebris diem reddit, quod per duodecim horarum spatia cursus sui ordinem dirigit, Solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam fol. 16v volunt | quia illic et caelum est et luna et alia plurima sidera quae videmus, ex quibus quaedam velut infixa et cohaerentia perpetua semelque capta sede conlucent, alia

13 *Cic. de nat. deor. II 68* Iam Apollinis nomen est Graecum, quem Solem esse volunt. Dianam autem et Lunam eandem esse putant, cum Sol dictus sit, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet, Luna a lucendo nominata sit; eadem est enim Lucina . . . 14 *Quintil. declam. IV 13* (siderum) quaedam velut infixa ac cohaerentia perpetua semelque capta sede collucent, alia toto sparsa coelo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.

1 *d. p.* creverit *add.* 2 quęruntur Et *P.* 4 ingeruntur Et *P.* *d. p.* malum *add.* 6 *d. p.* reddita *add.* 8 constantis *Kr,* stantis *P.* 9 Accipite etiã sacr. princ. etiã *P, alterum* etiam *del. Fl:* iam . . . etiam *Ha, at cf. 31, 18.*
10 deorum *Sk,* eorũ *P.* 14 *haec ex Pseudo-Quintiliano excerpta esse cognovit Weyman (Revue d'histoire et de littérature religieuses III 1898, 383), quo facto et Bollius et nos ea esse in P scripta perspeximus, quae in contextu nostro leguntur.*
15 uelut infixa *P,* una serie *pr.* 16 semelqȝ capta **de cõ|lucent *P,* simulque copulata lucent *pr.*

1 *Math. LXXIIIr I 17* horum malorum fortius crescit improbitas. 8 *Math. LXv II 12* constanti iudicio mentis.

toto sparsa caelo vagos cursus certis emetiuntur erroribus,
sed ideo Sol appellatur quia cum ortus fuerit obscuratis
ceteris sideribus luceat solus. Luna etiam — haec eadem 2
Lucina — a nocturno lumine nomen accepit. Hanc etiam
quidam Dianam dici voluerunt, quod per noctem lucens
hominibus alterum paene diem faciat. Mare nantes a
natando Neptunum dici voluerunt, * * * et ex hoc quod
libenter faciebant substantiam nominis figurantes. Terre-
nam vim omnem atque naturam· Ditem patrem dicunt,
quia haec est natura terrae ut et recidant in eam omnia
et rursus ex ea orta procedant, quae res opulentiam ter-
rae· divitiasque monstravit. Frugum substantiam volunt 3
Proserpinam dicere, quia fruges hominibus cum seri coe-
perint prosunt. Terram ipsam Cererem nominant, nomen hoc
⟨a⟩ gerendis fructibus mutuati. Ex bellorum casibus Mavors
nomen accepit, quasi magna vertat. Minerva similiter
bellicum nomen est, quasi aut minuat aut minetur.
Venustas hominum Venus dicta est. Apollinis nomen
ex humanis finxerunt casibus sermone Graeco, quasi om-

5 *Cic. n. d. II 69* Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. 6 *Cic. II 66* datum est igitur Neptuno ... maritimum omne regnum, nomenque productum, ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando paulum primis litteris immutatis. Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dives, ut apud Graecos *Πλούτων*, quia et recidunt omnia in terras et oriuntur e terris. Cui ⟨nuptam dicunt⟩ Proserpinam, quod Graecorum nomen est; ea enim est, quae *Περσεφόνη* Graece nominatur, quam frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt. Mater autem est a gerendis frugibus Ceres tamquam Geres ... Iam qui magna verteret Mavors, Minerva autem quae vel minueret vel minaretur. 18 *Cic. II 69* Quae autem dea ad res omnes veniret,

1 certis e|metiuntur *P*, suis metiuntur *pr.* 7 *sententiam* et ex hoc — figurantes *ad ea quae sequuntur referebant priores, rectam distinctionem adhibuit Sk deleto* et *post* voluerunt, *cf. praef. p. XX.* 8 figurantes Terrenam *P.* 10 inea *P.* 14 proserpunt *Oe (cf. Arnob. III 33), at obstat clausula.* 15 a *add. Fl.* 17 *d. p.* est *add.*

nia commissa sibi aut amittat aut perdat. Solem etiam quidam Apollinem dicunt, quia cottidie in occasu constitutus splendorem luminis perdat: perdere autem Graeci
fol. 17r apollin dicunt. Videtis | ut ⟨istos⟩ commenticios et fictos
4 deos turbulentus error ⟨ex⟩cog⟨itet⟩, ut superstitionibus
(102) anilibus et formae nobis deorum ⟨gene⟩rentur et nomina. Sed haec omnia veritas detexit et ratio sanae mentis invenit, ut investigatis omnibus atque detectis, quae sacrilegus error absconderat, veritas renata luceret. Haec enim omnia cum essent male conposita terrori primum fuere mortalibus, dehinc consumpta novitate quasi ex longa

Venerem nostri nominaverunt, atque ex ea potius venustas quam Venus ex venustate. Videtisne igitur, ut a physicis rebus bene atque utiliter inventis tracta ratio sit ad commenticios et fictos deos? quae res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles. Et formae enim nobis deorum et aetates et vestitus ornatusque noti sunt. **9** *Pseudo-Quintil. declam. IV 14:* Haec credo, pater, terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationem consumpta novitate meruisse. paulatim deinde hoc quod stupemus, animus ausus diligenter adtendere, in arcana naturae sacrum misit ingenium, et ex adsiduis observationibus notisque redeuntibus latentium ratione collecta pervenit ad causas.

1 omittat *P, em. Fl.* **2** *d. p.* dicunt *add.* **4** ἀπόλλειν *Fl (recte, cf. Usener, Götternamen p. 305 cum n. 7 [Sk]),* ἀπολλύναι *Oe,* ἀπολεῖν *Bu Ha.* istos *nos, v. praef. § 6, nihil perspicitur in P,* vestros *cum Fl pr.* cõmenticios *P, ut coniecerat Sk,* ementitos *(vel* ementicios*) pr.* **5** excogitet *videtur habuisse P, cf. RM 288 et praef.,* excogitaverit *pr.* **6** añilib; *sic P.* nobis *P et Sk,* vobis *pr. cum Wo.* generentur *quin in P fuerit vix dubium, v. praef. § 6,* traditae sint *(vel* sunt*) cum Fl pr,* proderentur *Sk.* **9** ueritas renata *P, v. praef.,* veritatis semita *Fl,* veritas in vita *Bu Ha.*

3 *Math. 24, 9* oculorum acies splendorem paulatim extenuati luminis perdidit. *cf. XC^r I 35.* **5** *verbum* excogitare *aliquoties in Mathesi exstat velut LXV^r I 34. LXXXVII^r II 38.* **8** *cf. 25, 12 et Math. 278, 14:* ut explicatis omnibus atque monstratis. *Math. 218, 18* sacrilego semper errore praeposteros.

aegritudine convalescentibus hominibus· natus est quidam ex admiratione contemptus. Sic paulatim quod stupebat animus ausus est diligenter inquirere, et statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. Tunc ex assiduis tractatibus latentium ratione collecta pervenit ad causas, ut profanarum religionum miseranda commenta humanum genus primum disceret· deinde contempneret· tertio recusaret.

XVIII. Libet nunc explanare quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa propria responsa, quae illis in istorum sacrilegiorum coetibus diaboli tradidit disciplina. In quodam templo ut in interioribus partibus homo moriturus possit admitti, dicit: 'De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici', quod Graeco sermone dicitur: *ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μύστης Ἄττεως*. Male miser homo de admisso facinore 2
confiteris. Pestiferum veneni virus hausisti, et nefarii furoris instinctu letale | poculum lambis. Cibum istum *fol. 17 v*

2 contēptus sic *P*. quod stupebamus (‿ ‿ – – ‿) *Sk ex Quintil.* 3 inquirer&: Et *P, em. Fl.* 4 ac *Fl*, hac *P*. 12 cętib; *P*. 14 moriturus *P, cf. Fr 23,* oraturus *Lobeck Aglaoph. I 24,* introiturus *Bu Ha.* 17 *littera* Α *vocis* ΒΕΒΡΩΚΑ *a p renovata et distinctio addita; d. p.* πέπωκα *nos add.* *ante* ΓΕΓΩΝΑ *(sic P, em. Fl) rasura duarum litterarum quae* ΚΑ *fuerant, litterae scilicet finientes vocis* ΠΕΠΩΚΑ *a librario per errorem repetitae; perperam igitur* καὶ γέγονα *ci. Ha.* 19 ausisti *P*. 20 lætale *P*. lambis *P*, lambisti *cum Oe Bu Ha, at cf. Sk.*

16 *Math. 13, 30* (mathematicorum ingenium) divinae dissitionis secreta perdidicit. *LVII*r *II 42* absconsarum religionum secreta perdiscens. *Unde cognoscimus Latinam eam interpretationem ab ipso Firmico conceptam neque in Attidis sacris usitatam fuisse.* 19 *cf. 45, 16. 53, 15 et Math. 33, 17:* illius animam pestiferum veneni virus exclusit. *LIX*r *II 30. LXXII*v *II 10. Mo 22.* *Math. XCVI*v *I 41* nefario furoris instinctu. *cf. Mo 20.*

mors sequitur semper et poena. Hoc quod bibisse te
praedicas, vitalem venam stringit in mortem, et sedes
animae contaminat, et malorum continuatione conturbat.
Alius est cibus qui salutem largitur et vitam, alius est
cibus qui hominem deo summo · et commendat et reddit,
alius est cibus qui languentes relevat· errantes revocat·
lapsos erigit, qui morientibus aeternae inmortalitatis largi-
tur insignia. Christi panem Christi poculum quaere, ut
(103) terrena fragilitate contempta · substantia hominis inmor-
3 tali pabulo saginetur. Quis est autem hic panis vel quod
poculum in libris Salomonis sapientia magna voce pro-
clamat? Ait enim: 'Venite manducate de meis pani-
bus et bibite vinum quod miscui'. Et Melchisedech
rex Salem et sacerdos summi dei revertenti Abrahae cum
pane et vino benedictionis optulit gratiam. Isaac etiam
cum Iacob benedixisset, cum hoc idem Esau ⟨a⟩ patre sup-
pliciter exigeret, respondit ei pater: 'Dominum' inquit
'illum feci tuum et omnes fratres eius feci ser-
vos, tritico et vino confirmavi illum'. Tunc Esau
casus suos misera lamentatione deflevit, quia tritici et

21 *decl. X 4:* iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat venas. *cf. A. Becker, Iulius Firmicus Maternus und Pseudo-Quintilian, Philol. LVI 476.* **12** *Sal. Prov. 9, 5.* **13** *Genes. 14, 18.* **17** *Genes. 27, 37.*

1 pęna Hoc *P.* **2** *d. p.* praedicas *add.* **3** *d. p.* contaminat *add.* **5** sūmo *P,* sūmmo *effecit p lineolis rectis inter singulas litterae* m *hastas intermissis; d. add.* **6** *d. p.* relevat *add.* **9** *d. p.* contempta *add.* nominis *P.* **16** et cum hoc *mavult Ha.* a *add. Fl. post* patre *tres litterae erasae, quae videntur* suo *fuisse; an* sup *bis scriptum?* **20** *d. p.* deflevit *add.*

2 *Math. 33, 22* serpentis ictus venas stringit in mortem. *cf. Mo 19.* **6** *cf. 76, 23.* **7** *cf. 50, 18. 69, 8. Math. LXXXIX^r I 45:* per immortalem aeternae perpetuitatis ordinem. *Mo 21.* *Math. 127, 21* (Sol) magnae nobilitatis largitur insignia. *cf. 133, 14. 154, 21. 183, 19. 226, 3. LXVIII^v I 30.* **9** *cf. ad 53, 10.* **20** *Math. LXXVII^v II 13* Hunc *(scil. Archimedem)* Marcellus ... lugubri maerore deflevit.

vini, id est futurae felicitatis perdidit gratiam. Quod 4
autem consecratis hominibus a deo panis divinus iste
praestetur, per Esaiam dicit spiritus sanctus: 'Sic dicit
dominus: ecce qui serviunt mihi manducabunt,
vos autem esurietis: ecce qui serviunt mihi io-
cundabuntur, vos confundemini, vos interficiet
dominus'. Non solum panis iste a deo | summo sacri- *fol. 18r*
legis et impiis denegatur, sed et poena promittitur, et
acerbae mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus
divinae animadversionis exitus ingeratur. Secuntur etiam 5
hoc idem tricesimi et tertii psalmi veneranda responsa.
Ait enim per David spiritus sanctus: 'Gustate et vi-
dete quoniam dulcis est dominus'. Dulce est caeleste
pabulum, dulcis dei cibus, nec habet in se miserae famis
triste tormentum, et de medullis hominum praecedentis
veneni virus excludit. Et haec ita esse sequentia oraculi
responsa declarant, ait enim: 'Timete dominum sancti
eius quia non est inopia eis qui metuunt eum.
Divites eguerunt et esurierunt, qui autem inqui-
runt dominum non indigebunt omni bono'. Qui 6
sic in templo praetextatus incedis, qui fulgis purpura,
cuius caput aut auro premitur aut lauro, errorem tuum *(104)*
turpis egestas insequitur, et cervicibus tuis onerosum pau-
pertatis imminet pondus. Illum quem dispicis pauperem
largus et dives est; sedile illi Abraham in sinu suo prae-

3 *Ies. 65, 13 et 15.* **12** *Ps. 33, 9.* **17** *ib. v. 10 sq.*

3 *d. a.* per *add.* **6** *dd. ante utrumque* vos *add.* **8** *d. ante* et *add.* **9** aceruę *P.* **15** procedentis *Ha, at v, Fr 24 sq. qui confert locos 73, 6 et 50, 1.* **19** *d. ante* qui *add.* **21** *lectionem codicis* fulgis *retinuimus, cf. ad 25, 4,* fulges *pr.* **24** despicis *Fl et edd., at cf. Fr 18 et ad 6, 4.* **25** lautus *Wo.* diuis *P.* Sed ille. illi *P, em. Bu.*

9 *cf. praef. p. XXXIX.* **16** *cf. 43, 19.* **23** *Math. 274, 18* miserum pondus viduitatis imponit. *LXXIII*^{r} *I 8* laboriosae vitae pondus imponunt aut egestatis angustias. *cf. de err. 77, 6.* 'Miserum paupertatis onus' *novies habes in Mathesi.*

parat. Tunc tu per interiecta spatia flammarum · ad mi-
tiganda conscientiae tuae vulnera · tenuem ab eo stillantis
aquae guttulam postulabis, nec tibi volens Lazarus leni-
mentum doloris tui · aut dare poterit aut impetrare. Sin-
gulorum enim pari gratia merita pensantur. Illi vita
confertur propter huius saeculi mala, tibi propter huius
7 saeculi bona perpetua tormentorum poena decernitur. Ut
autem manifestius disceretur, quinam ille esset panis per
quem miserae mortis vincuntur exitia, ipse dominus sancto
ac venerando ore signavit, ne per diversos tractatus spes
fol. 18v hominum | pravis interpretationibus fallerentur. Ait enim
in evangelio cata Iohannem: 'Ego sum panis vitae:
qui venerit ad me non esuriet, qui in me credi-
derit non sitiet umquam'. Item in sequentibus hoc
idem simili modo significat, ait enim: 'Si quis sitit
veniat et bibat qui credit in me'. Et rursus ipse
ut maiestatis suae substantiam credentibus traderet ait:
'Nisi ederitis carnem fili hominis et biberitis
sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis'.
8 Quare nihil vobis sit cum tympani cibo. O miseri mor-
tales! Salutaris cibi gratiam quaerite, et inmortale pocu-
lum bibite. Christus vos epulis suis revocat ad lucem, et
gravi veneno putres artus et torpescentia membra vivi-
ficat. Caelesti cibo renovate hominem perditum ut quic-
quit in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur.

12 *Joh. 6, 35.* **15** *ib. 7, 37.* **18** *ib. 6, 53.* **23** *ib. 6, 63.*

1 *dd. p.* flammarum *et* (2) vulnera *et* (4) tui *add.* **6** *et* **7** saeculi *propter clausulam legendum* saecli *(Sk).* **7** tormentorꝝ *corr. P ex* tormentarꝝ. **8** *d. p.* disceretur *add.* **10** õre *P.* **13** uenerit · ad *P.* **20** *et* **24** ciuo *P* **20** O dii miseri · mortales Salutaris *P, cf. 23, 4.* **21** ciui *P.* **25** *d. p.* est *add.* renascatis *P. cf. 68, 14.*

10 *cf. 49, 9. 73, 9.* *Math. LXXIV*v *I 45* manifesta sermonis interpretatione signavimus. *XCIV*v *II 5* in praecedenti demonstratione signavimus.

Didicistis quid vos facere conveniat, eligite quod vultis. Inde mors nascitur, hinc inmortalis vita donatur. * *
* * * * * * * * * * * * * * * *

XIX. *** δε νυμφίε χαῖρε νυμφίε χαῖρε νέον φῶς. Quid sic miserum hominem per abrupta praecipitas, calamitosa persuasio? Quid illi falsae spei polliceris in- (105) signia? Nullum aput te lumen est, nec est aliqui qui sponsus mereatur audire. Unum lumen est, unus est sponsus: nominum horum gratiam Christus accepit. Non poteris ad te alienae felicitatis transferre gloriam, nec poteris caelestis luminis splendore decorari. In tenebras squaloresque proiectus es. Illic sordes · squalor · caligo · tenebrae et perpetuae noctis dominatur horror. Si vis ut 2 tenuis saltim tibi splendor luminis luceat, erige vultus et demersos aperi oculos, et desertis his ad eum te confer qui dixit: 'Ego sum lux mundi'. Cuius divinis | prae- *fol. 19r* ceptis continetur, ut in hac terrena conversatione opus nostrum per dies singulos luceat. Lucere autem non

13 *Quintil. decl. V 6* erige vultus, pater, ac tolle *(sic Becker,* attolle *codd. et Lehnert in ed.)* tristitiam. 16 *Joh. 8, 12.*

2 donatur; ΔΕΝΥΝΦΕ ΧΑΙΡΕ ΝΥΝΦΕ *P.* Dicis etiam χαίρε νυμφίε *Fl.* *'apparet deesse aliquid quale est:* Aliud profanae religionis symbolum est, quod dicitur' *Bu.* Inde *νύμφιε χαῖρε, νύμφιε χαῖρε, νέον φῶς tentat Ha. φίλε νυμφίε Sudhaus apud Dieterich, Mithrasliturgie append. ἴδὲ Fr. 25. Paroemiacum ἴδὲ νυμφίε χαῖρε, νέον φῶς restituit Dieterich l. c. Nos plura (fortasse folium exempli librarii Palatini) excidisse rati certo symbolum restitui posse desperamus, sed νυμφίε scripsimus cum Fl Diet. Fr, cum ceteri edd. cum Wo νύμφιε praebeant.* 5 *d. p* praecipitas *add.* 9 *d. p.* sponsus *add.* 11 luminis *Bu,* numinis *P, cf. l. 14.* 13 dominator *P, corr. p.* 15 *post* his *excidit velut 'tenebris' Sk.* 17 *d. a.* ut *add.*

11 *cf. 50, 18. Math. 141, 20* patres maximo honoris splendore decorentur. *LXVII^r II 42* (Aquarii vicesima pars) simili maiestatis splendore decoratur. 12 *v. ad 21, 13.* 17 terrena conversatione: *v. praef. § 6 ad XX 7. Mo 13.*

potest nisi inmaculata nos conscientiae ornamenta protexerint, nisi integra nos et incorrupta vita commendet. Tunc orietur nobis veri luminis gratia, tunc se nobis lucis auctor insinuat, tunc verum lumen et accipere pos-
3 sumus et videre. Sed ut sacrilegae vocis conprimatur inprobitas, qui sit vere sponsus sacrarum lectionum oraculis conprobabo, ut probetur sponsum esse Christum, sponsam ecclesiam, ex qua venerando patri spiritales filii per dies singulos procreantur. In hac probatione arcana prophetarum veneranda pandantur, adsistat nobis sanctorum oraculorum fides. Iohel divino spiritu monente sic dicit: 'Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, et indicite curationem, adgregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite maiores natu, colligite parvulos lactantes. Procedat sponsus de cu-
4 biculo suo, et sponsa de thalamo suo'. Hoc idem Hieremias simili ratione significat. Ait enim cum Hierusalem truci minatur oraculo: 'Et auferam de civitatibus Iudae et de quadruviis Hierusalem vocem laetantium, vocem sponsi et vocem sponsae'. Processum sponsi etiam per psalmos praedicat spiritus sanctus. In octavo decimo psalmo hoc invenitur oraculum; ait enim:
(106) 'Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo exultavit, velut gigans viam currere; a summo caeli profectio eius et decursio eius usque ad summum eius, et non est qui lateat a calore

12 *Joel 2, 15, sq.* 18 *Jer. 7, 34.* 23 *Ps. 18, 6 sq.*

1 ornamenta · protexerint; *P.* 6 sit *Fl,* sic *P.* 10 *litteram* e *priorem vocis* veneranda *corr. P ex* a. 11 *post* iohel *et* monente *dist. P.* 12 *d. p.* Sion *add.* 19 quadrubiis *P.* 21 *d. p.* sanctus *add.* 23 exultauit *P* (*cum Vulg.*), exultabit *Bu Ha* (*ex Sept., ubi est* ἀγαλλιάσεται).

1 *Math. 37, 17* (Afrorumque subdolas mentes) honestae fidei ornamenta condecorant. *85, 13* ornamenta virtutis. 3 *cf. 12, 16 et 61, 21.*

eius.' Secretiora pandantur arcana: in apocalypsi id est 5
in revelatione, qui sit sponsus invenimus. | Ita enim scrip- *fol. 19v*
tum est: 'Veni ostendam tibi novam nuptam uxo-
rem agni. Et duxit me in spiritu in montem
magnum et ostendit mihi civitatem sanctam
Hierusalem descendentem de caelo.' Intimandum
est quid etiam nobis de hac ipsa re tradat evangelica
disciplina. Invenimus enim in evangelio cata Iohannem
ita esse signatum: 'Vos mihi testes estis quoniam
dixi eis qui missi sunt ab Ierusolymis ad me
quia non sum Christus, sed quoniam missus sum
ante ipsum: qui habet enim sponsam sponsus est,
amicus autem sponsi est qui stat et audit eum
et gaudio gaudet propter vocem sponsi.' Huius 6
rei mysterium ostensum est, huius sponsi adventum sa-
pientium virginum chorus expectat, huic praefert lumina
pervigili cura sancta virginitas: expectantibus sponsum
servis felicium praemiorum promittitur munus. Invenimus
enim in evangelio cata Lucam: 'Sint lumbi vestri
praecincti et lucernae ardentes et vos similes
hominibus expectantibus dominum suum quando
veniat a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit
aperiant illi. Felices servi illi quos adveniens
dominus invenerit vigilantes.' Ecce venerandorum
responsorum oraculis sponsus ostensus est. Quid tibi tu 7
in acerbis casibus constitutus · beatum nomen inponis? Si
vis liberatus lumen sequi sponsi, proice errores, et per-

3 *Apoc. 21, 9 sq.* **9** *Joh. 3, 28 sq.* **19** *Luc. 12, 35 sqq.*

1 id est in revelatione *del. Wo, at cf. Sk.* **7** etiam quid *Sk.* **15** misteriū *P.* *post* ostensū *rasura unius litterae quae* s *fuerat.* **17** *d. p.* virginitas *add.* **21** expectantes *P, em. Fl.* **26** aceruis *P.* *d. p.* constitutus *add.* **27** *dd. p.* sponsi *et* errores *add.* puigil *P, em. Fl.*

17 *cf. infra v.* **27** *et Math. CXV*r *42:* pervigili cura.
26 *Math. 7, 23* in acerbis casibus constituti.

vigili cura sollicitus · praecedentia vitae facinora religiosa devotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem invenerit sponsus, cum fidei tuae merita cognoverit, dabit maximum pretium, dabit integrum munus: intrabis cum eo caeli thalamum, videbis regiam' mundi, et ut (107) verus particeps esse possis, a piissimo ac iustissimo domino inmortalitatis tibi gratia conferetur. |

fol. 20r XX. Alterius profani sacramenti signum est θεὸς ἐκ πέτρας. Cur hoc sanctum venerandumque secretum · ad profanos actus adulterata professione transfertis? Alius est lapis quem deus in confirmandis fundamentis promissae Hierusalem ⟨in⟩missurum se esse promisit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur. Quid tu ad conmaculatas superstitiones furtiva fraude venerandi transferis nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur et cadentium culminum funesta conlapsio, noster lapis dei fundatus manu extruit · confirmat · erigit · munit, et restaurati operis gratiam perpetuae inmortalitatis splendore condecorat. Ait enim de hoc Esaias iubente spiritu sancto:
2 'Sic dicit dominus: ecce ego inmitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum · electum · summum · angularem · honoratum, et qui crediderit in eum

16 *Quintil. declam. II 24* conlabentium culminum fragor *(Becker l. c.).* 20 *Jes. 28, 16.*

1 *d. p.* sollicitus *add.* precidentia *P.* 3 *d. p.* sponsus *add.* 4 praemium *pro* pretium *pr.* 5 *d. p.* mundi *add.* 6 *d. p.* possis *add.* 7 confertur *P, em. Fl, quam emendationem veram esse rhythmo probatur.* 9 *d. p.* secretum *add.* 12 missurum *P, em. Sk cl. l. 20* 14 cõmuculatas *P.* transfers *edd. ante Ha, at cf. 58, 5. 61, 9. Kr et Sk in Herma XXIX 520 et observa rhythmum.* 18 perpetuo *Oe, at cf. 44, 7 et 69, 8 (Bu).* 19 iuuente *P, em. Bu.* sc̃o sp̃u · sic; Dicit *P. Transposuimus propter clausulam, praesertim cum duodecies Firmicus* spiritus sanctus *dixerit et id sexies in clausula, semel (55, 21)* sancto spiritu*: v. ind. s. vv.* 20 *d. p.* dominus *add.* 21 summum angularem *pr sine dist.* 22 crediderint *P, sed altera litterae* n *hasta erasa.*

9 *Math. 264, 16* veneranda secreta. 18 *cf. ad 44, 7.*

non confundetur.' In psalmis etiam simile responsum
est: ait enim spiritus sanctus in centesimo ⟨decimo⟩ et
septimo psalmo: 'Lapis quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli: a domino
factus est iste et est mirabilis in oculis nostris.'
Per multos prophetas spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat. Ait enim Zacharias propheta: 'Ecce
ego adduco puerum meum, Ortus nomen ei est,
quoniam lapis quem dedi ante faciem Hiesu:
super lapidem ipsum unum septem oculi sunt.'
Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lec- 3
tionum secreta pandamus. In Deuteronomio ita conprehensum est: 'Et scribes super lapidem omnem
legem hanc.' Hiesus etiam Nave iussu divinitatis hoc (108)
specialiter conprehendit, ait enim: 'Et accepit lapidem
magnum et statuit eum contra dominum. Et ait
Hiesus ad populum: ecce lapis | iste erit vobis in *fol. 20v*
testimonio quia iste audivit omnia quae dicta
sunt a domino quando loquutus est ad vos, et
erit iste vobis testimonium in novissimo dierum,
quando recesseritis a domino vestro.' Quod autem 4
per hunc lapidem, id est per dominum nostrum Iesum
Christum, et dii isti casuri sint · et multitudo templorum,
aperte Danihel venerandis oraculis explicavit. Ait enim
cum interpretaretur somnium regis: 'Et ecce imago
imago nimis magna et contemplatio ipsius ima-

3 *Ps. 117, 22 sq.* 7 *Zach. 3, 8 sq.* 13 *Deut. 27, 8.* 15 *Josua 24, 26.* 25 *Dan. 2, 31 sqq.*

1 simili *P.* 2 decimo et septimo *Sk propter clausulam,* et septimo decimo *pr cum Wo,* decimo *om. P: an ipsius Firmici hic error est?* 4 *d. p.* anguli *add.* 8 *d. p.* meum *add.* 9 locus quẽ dedit unę facie hiesus *P, em. Bu coll. Cypr. test. II 16;* lapis quem dedi coram Iesu *Fl.* 11 antiquora uenerandorų *P.* 12 deutero nomii *P.* 17 uobis *P,* mihi *pr.* 18 testimonio *P,* testimonium *pr.* *dd. p.* 22 lapidem *et* 23 Christum *et* sint *add.* 24 oculis *P, em. Fl.*

12 *cf. 15, 3.*

ginis metuenda et elata stabat contra te: cuius caput fuit ex auro bono, pectus et brachia eius argentea, venter et femora aerea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles: quoadusque abscisus est lapis de monte sine manibus concidentium, et percussit imaginem super pedes ferreos et fictiles et comminuit eos minutatim, et factum est simul ferrum et testa, et aeramentum et argentum et aurum facta sunt minuta quasi palea, ut pulvis in area aestate, et ventilavit illa ventus ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis qui percussit imaginem factus
5 est mons magnus et implevit totam terram.' Qui locus in terra est quem non Christi possederit nomen? Qua sol oritur · qua occidit · qua erigitur septemtrion · qua vergit auster, totum venerandi nominis maiestas implevit, et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriae morientia palpitent membra, tamen in eo res est ut expiatis omnibus terris · pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idolatrorum lapide de quo dicunt: θεὸς ἐκ πέτρας, quod prophetarum respondit oraculum? Cui autem restitit
6 vel cui profuit lapis? Lapis autem hic sanctus id est
(109) fol. 21r Christus, aut fidei | fundamenta sustentat, aut in angulo positus · duorum parietum membra aequata moderatione ⟨conponit⟩, id est veteris et novi testamenti in unum

1 et *post* metuenda *in margine fere scriptum ita, ut utrum ipsius P sit an manus recentioris diiudicari vix possit.* **10** *dd. p.* palea *et* aestate *add.* **14** qui non *P, em. Fl.* **15** septẽ trion *P.* **16** *d. p.* auster *add.* nominis *P,* numinis *pr.* **18** expiatis *P, v. praef. p. XL,* e Christianis *pr.* **19** *d. p.* terris *add.* **20** idolatrorũ *P,* idololatrarum *pr. at cf. 81, 4.* **21** autem *del. Kr.* restitit .. ꝓfuit *P, v. RM 289,* restitit (*vel* resistit) .. parcit *pr.* **22** iste lapis *Fl et edd.*, lapis ⟨vester⟩ *probabilius Sk (= ‿ ‿‿ ‿).* **24** *d. p.* positus *add.* *vocis* ę quata *littera* a *finiens a* π_1 *renovata, supra* ę *scripsit* æ π_1. **25** conponit *nos, v. praef.,* coniungit *pr.*

16 *Math. CIII*ʳ *I 16* unus piscis ad Austrum vergit, alius ad Aquilonem. **25** *cf. ad 4, 2.*

colligit vires, aut certe corporis et animi diversitatem ⟨exhibita⟩ homini inmortalitate consociat, aut legem promulgat, aut contra peccantes testimonium perhibet, aut quod est potius, imaginem diaboli percutit, ut superato eo atque prostrato · et in cinerem favillasque converso · erecto sublimitatis suae uertice · purum dominationis imperium ⟨sit⟩.

Vos nunc Constanti et Constans sacratissimi impera- 7
tores, et venerandae fidei vestrae imploranda virtus est. Supra homines erigitur, et a terrena fragilitate separatus caelestium se rerum societate coniungit, qui in omnibus actibus suis prout potest dei summi sequitur voluntatem. Modicum ⟨tantum⟩ superest ut legibus vestris funditus prostratus diabolus iaceat, ut extinctae idololatriae pereat funesta contagio. Veneni huius virus evanuit, et per dies singulos substantia profanae cupiditatis exspirat. Erigite

1 uires *P, cf. RM 293 et praef.*, gentes *pr.* 2 .x..l..ta *P, quod supplevimus, v. praef.*, conciliata *vel* ex collata *Bu et Huelsen* (inviolata *Fl*). *dd. p.* 4 potius *et* 5 prostrato *et* 6 vertice *add.* 7 sit *videtur habere P, v. praef. p. XLII ('möglich' Huelsen); verbum transitivum desiderat Sk,* statuat *e. g.* proponit *Kr.* 9 *d. ante* et *add.* 10 separatur *et* 11 quae *pro* qui *pr varias adhibentes medelas, v. praef.* 11 *ne* societati *scribere malis, cf. 66, 25.* 12 *litteras* tatē *vocis* uoluntatē *ita renovavit* π_1, *ut veteris scripturae sola littera* ē *dispici possit,* tat *obscuratae sint.* 13 ()odicū *videtur habere P, quod adiectivum et in sententiam quadrat neque alienum est ab usu Firmiciano.* tantum *scripsimus cum Wo: exstant in P sex vel septem hastarum vestigia, quae sane possunt fuisse* taliū, *ut Fl Bu et dubitanter Ha legebant,* t *et* l *satis certas censet Huelsen.* 15 contagio *corr. P ex* contagia. *d. p.* evanuit *add.*

1 *sqq.: cf. praef. Math. LXXXIX^r I 41* omnium quattuor elementorum diversitate composita. 2 *Math. 8, 17* Tu qui promulgas leges. 3 testimonium perhibere *terminus astrologicus vicies in Mathesi inventus velut 57, 22. 65, 28. 74, 18. 19. cet.* 5 *Math. 33, 15* in cinerem favillasque convertitur, *cf. Mo 22.* 10 terrenam fragilitatem *habes 44, 9 et Math. 12, 7. 21, 28. CI^r II 8. cf. Mo 25. Arnob. IV 28.* 12 *Math. CIII^r I 43* prout potuit. 13 *adiectivum* modicus *decies in Mathesi (131, 24. 143, 6. 168, 19. cet.).* 15 *cf. ad 43, 19.*

vexillum fidei, vobis hoc divinitas reservavit. Favore eminentis dei victores estis omnium hostium vestrorum quorum opera Romanum deformabatur imperium. Signum venerandae legis erigite, sancite · promulgate quod prosit. Sit faustum felixque rei publicae, quod inter acervos † caesarum hostium prostravistis exercitum. Felices ⟨vos principatus⟩ ac voluntatis suae deus fecit esse participes, idololatriae excidium et profanarum aedium ruinam propitium Christi numen vestris manibus reservavit. Ille spi- *fol. 21ᵛ* ritalibus malis restitit, | vos mala terrena vicistis. Erigite tropaea victoriae, et praeferatur ingens titulus triumphorum. Profanarum rerum strage gaudentes · exultate for- *(110)* tius exultate fidenter. Felicitas vestra cum dei virtute coniungitur, pro salute hominum Christo pugnante vicistis.

1 *d. p.* fidei *add.* eminentis dĩ uictores *P, v. RM 294:* eminentes prostratores *pr cum Fl, inserta voce* cuius *vel* eius. 3 deformabatur *P, v. RM 295:* firmabatur *legebant pr et emendabant* infirmabatur *(sic Wo:* vexabatur *Bu).* 5 *d. p.* publicae *add.* 6 cęsarũ *P,* caesorum *Fl (qui temere* quod tot acervos caes.): caesarum hostiarum *Bu,* c. victimarum *Ha,* Persarum *Sk cl. 82,17 et 12,20.* uos π_1; *veteris scripturae nihil dispici potest, sed vix potest aliud fuisse.* 7 principatus *scripsimus admodum dubitantes, cum* p.....p...s *legere sub voce* quoqȝ *a* π_1 *scripta nobis videremur, v. RM 295 ('möglich, aber ich kann es nicht sicher lesen' Huelsen). Melius fortasse scribatur* imperii, *quoniam voci* principatus *spatium aegre sufficit;* (vos quoque gloriae ac *pr*). 8 ruina *P, em. Bu* (ruinas *Fl*). propitiũ xp̃i *(an* xp̃s*? Dubitabamus)* nomen *(vel* numen, *quod tamen minus verisimile) P, v. RM 295.* propitius Christus populo *pr.* 10 malis restitit *P, v. RM 295,* ⟨armis⟩ malos spiritus *pr. Quod ibidem post* resti... *litteram* g *a manu recentiore scriptam perspici diximus, unde eam* restinguit *supplesse appareret, erravimus.* 11 tropea *P.*

6 *Math. LXXXIIʳ II 43* qui . . . acervos *(sic plerique codices, sed* acies *Norimbergensis)* hostium . . . percutiat *(*perficiet *codd. alii).* 9 *Math. LVIIIʳ I 34* cum favore propitii numinis. *cf. de err. 82,26.*

XXI. Omnia symbola profanae religionis per ordinem
suggerantur, ut probemus nequissimum hostem generis
humani · de sanctis haec venerandisque prophetarum ora-
culis ad contaminata furoris sui scelera transtulisse. In- 2
venimus enim ita dici: *αἰαῖ δίκερως δίμορφε*. Deus iste
vester non biformis est, sed multiformis: in multas enim
species venenati oris forma mutatur. Ipse est basiliscus
et scorpio, qui fidelium securis vestigiis premitur: ipse
malitiosus anguis, cuius caput quaerit decepta mortalitas:
ipse tortuosus draco, qui hamo ducitur, qui captivus in-
cluditur. Iste deus vester Lernaei anguis crinibus ador-
natur. Viden ut percusso domino morientium anguium
turba succedat? Quid sic renascentibus hydris pullulas?
Quid te fecunda scelerum sobole conponis? Mortis tuae 3
viam didicimus, scimus quibus remediis artis tuae venena
vincantur. Christi inmortalem sanguinem bibimus, nostro
sanguini Christi sanguis adiunctus est. Hoc est salutare
remedium scelerum tuorum, ⟨quod⟩ cottidie a vitiata dei
plebe mortiferum virus excludit. Quis deum istum quem
plangunt cum cornibus vidit? Quae sunt ista cornua quae
habere se iactat? Alia sunt cornua quae propheta sancto
spiritu iubente conmemorat, quae tu diabole ad macula-
tam faciem tuam putas te posse transferre. Unde tibi 4

3 *d. ante* de *add.* **4** suis *P.* **5** ΕΑΙΑΙΚΕΡΩC *P, em. Dieterich (Mithraslit. p. 215), cf. Fr. 25 sq. εὐοῖ vel παῖ Bu, εὔαν Bergk (PLG III⁴ p. 658).* **6** multiformis In *P.* *dd. p.* **8** scorpio *et* **9** anguis *et* **10** draco *et* ducitur *add.* **9** quatit *Oe, at confert Bu Genes. III, 15 αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, quod Cyprianus (testim. II 9) reddidit:* ipse tuum observabit caput. **11** lernei *P.* **12** vident *P, em. Bu.* **16** uincantur *corr. P ut videtur ex* uincuntur. **18** tuorũ cottidie aficiat adĩ *P:* quod *add. Bu (omissum ante* cott.*!),* hoc *Ha.* a vitiata *Ha, cf. infra,* a filiata *Bu.* **22** iuuente *P, em. Bu.*

11 *Math. 246, 24* spissis capillorum crinibus adornantur. **13** *cf. 12, 9.* **18** *verbum* vitiare *quinquies exstat in Mathesi, participium* vitiatus *sexies: XCIIIr II 18. v II 4. 7. XCVIIr I 23. 26. CVIIIr I 32.* **19** *Math. 33, 17* illius animam pestiferum veneni virus exclusit, *cf. ad 43, 19.*

ornamenta quaeris et gloriam? Cornua nihil aliud nisi
venerandum signum crucis monstrant. Huius signi uno
extenso ac directo cornu mundus sustentatur · terra con-
fol. 22r stringitur, et e duorum | quae per latus vadunt conpagine
oriens tangitur, occidens sublevatur, ut † sic totus orbis tri-
(111) pertita stabilitate firmatus confixi operis immortalis radicis
fundamenta teneantur. Hoc secretum nobis venerandum
prophetae oraculum tradidit. Invenimus enim in Abbacuc
ita esse perscriptum: 'Texit caelos virtus eius et
laude eius plena est terra, et splendor eius ut
lux erit. Cornua in manibus eius erunt, et illic
constabilita est virtus gloriae eius et constituet
dilectionem suam. Ibit verbum et praecedet se-
5 cundum gressus suos.' En veneranda crucis cornua,
en sanctae virtutis inmortale fastigium, en gloriosi operis
divina conpago. Tu Christe mundum ac terram extensis
manibus, tu caeleste sustentas imperium, tuis inmortalibus
adhaeret humeris salus nostra, tu domine aeternae vitae
baiulas signum, tu venerando instinctu hoc nobis denun-
tias per prophetas. Ait enim Esaias: 'Ecce natus est
vobis filius, imperium super humeros eius, et
vocatum est nomen eius magnae cogitationis
6 nuntius.' Haec sunt crucis cornua, quibus omnia et

9 *Hab.* 3, 3—5. 20 *Jes.* 9, 6.

3 sustentat *P, em. Fl.* 5 sic — 7 teneantur: *structuram misere turbatam certo restitui posse desperamus; tentabamus* totius *pro* totus *et* firmata · *pro* firmatus, *nam similes structurae creberrimae apud Firmicum velut 31, 19. 42, 8 (cf. notam). 60, 23. Math. 15, 10.* immortalitatis *pro* immortalis *Fl.* ut ... operis, immortalitatis ... *Wo.* teneat *Mu.* ut sic ... immortalitatis radicis fundamento teneatur *Oe.* sublevatur: sic totus ... firmatur cum fixi operis immortalitatis radicibus fundamenta teneantur *Bu.* ut sit *(cum prioribus quibusdam)* totus ... firmatus confixique operis immortalibus radicibus fundamenta teneantur *Ha, quae coniectura iis refutatur, quae in praef. § 5 de vocula* que *disseruimus.* radices et fund. *Sk, qua coniectura cum nostra coniuncta tolerabilis sensus efficitur.* 12 constituit *Bu Ha.* 14 venerandae *Sk.* 21 nobis *Fl et edd. omnes.* filiū *P.* 23 *d. p.* cornua *add.*

sublevantur pariter et continentur, his cornibus bene hominum utitur vita. Ut Amalech vinceretur, extensis manibus Moyses haec imitatus est cornua; ut facilius impetraret quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad haec cornua festina celeritate properate, ad haec cornua humili veneratione confugite, his vos adfigant cornibus iustitia · aequitas · pudicitia, misericordia · patientia · fides, ut veneranda praeferentes insignia · consecratae frontis maiestate gaudentes · et sepulturae Christi participes sitis et vitae.

XXII. Aliud etiam symbolum proferimus, ut conta- *fol. 23*
minatae cogitationis scelera revelentur. Cuius totus ordo
dicendus est, ut aput omnes constet divinae dispositionis
legem perversa diaboli esse imitatione corruptam. Nocte
quadam simulacrum in lectica supinum ponitur, et per
numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta
lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc a sacer- *(112)*
dote omnium qui flebant fauces unguentur, quibus perunctis · sacerdos hoc lento murmure susurrat:

θαρρεῖτε μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου·
ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.

Quid miseros hortaris ⟨ut⟩ gaudeant? Quid deceptos ho- 2
mines laetari conpellis? Quam illis spem · quam salutem funesta persuasione promittis? Quid illos falsa pollicitatione sollicitas? Dei tui mors nota est, vita non paret, nec de resurrectione eius divinum aliquando respondit

2 *Exod.* 17, 9—12. 4 *Num.* 21, 8—9, *at cf. Mu ad l.*

dd. p. 2 vinceretur *et* 3 cornua *add.* 3 moyses; Hæc *P. Nonne scribendum* et ut facilius? 8 *d. p.* insignia *add.* 9 fontis *P, em. Bu.* 11 contaminę *P, em. Ha.* 14 Note *P. dd. p.* 15 ponitur *et* 17 satiaverint *add.* 20 ΘΑΡΡΙΤЄ ΜΙϹΤЄ *P. d. add.* 21 ЄϹΤЄ *P.* 22 ⟨ut⟩ *add. Fl et Sk.* 24 permittis *P, em. Fl.*

5 *Math.* 198, 18 festina celeritate, 27 celeri festinatione, *cf. Mo* 24. 13 divina dispositio *exstat* 59, 15 *et tribus Matheseos locis*: 13, 30. 22, 29. *LV*ʳ *II* 32. 24 *Math.* 3, 26 inconsulta pollicitatione promisimus.

oraculum, nec hominibus se post mortem ut sibi crederetur ostendit. Nulla huius operis documenta praemisit, nec se hoc facturum esse praecedentibus monstravit exem-
3 plis. Idolum sepelis, idolum plangis, idolum de sepultura proferis, et miser cum haec feceris gaudes. Tu deum tuum liberas, tu iacentia lapidis membra conponis, tu insensibile corrigis saxum. Tibi agat gratias deus tuus, te paribus remuneret donis, te sui velit esse participem. Sic
4 moriaris ut moritur, sic vivas ut vivit. Nam quod olore perunguentur fauces, quis non facinus istud dispecta vanitate contempnat? Habet ergo diabolus christos suos, et
fol. 23r quia ipse antichristus est ad infamiam | nominis sui miseros homines scelerata societate perducit. Unguentum hoc reserva mortuis· reserva morituris, ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos lugubri ac funesto semper mergas exitio.

XXIIII. Aliud est unguentum quod deus pater unico tradidit filio, quod filius credentibus divina numinis sui maiestate largitur. Christi unguentum immortali conpositione conficitur, et spiritalibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc unguentum a mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, ut sepulto primo homine· ex eodem statim homine homo alius felicius nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pan-
2 denda sunt. Ait enim David ut huius unguenti gratiam traderet: 'Speciosus forma prae filiis hominum,

26 *Ps.* *44, 3—9.*

2 pręmisit Nec *P.* 5 proferis: *cf. ad. 50, 14.* proferis de sepultura *Sk.* 7 tuus Te *P.* 9 quo dolore *P, em. Bu, qui etiam* quod odore *proposuit, quod praetulit Ha.* 10 *d. p.* fauces *add.* despecta *edd. ante Ha.* 13 perducit Unguentū *P.* *dd. p.* 15 cęperis *(sic P) et* 20 conficitur *et* 24 explicetur *et* 26 hominum *add.* 25 sunt Ait *P.*

18 *Math. 21, 28* providi numinis ac divinae maiestatis. 19 *Math. 7, 26* societate largitur. 20 *Math. 143, 14* odorum pigmenta. 24 *cf. ad 26, 25.*

diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea (113) benedixit in aeternum. Accingere gladium tuum circa femur potentissime. Specie et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna propter virtutem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittae acutae potentissime, populi infra te decident in corde inimicorum regis. Sedis tua deus in saeculum saeculi, virga recta est virga regni tui. Dilexisti iustitiam odisti iniquitatem, propterea uncxit te deus tuus oleum laetitiae a consortibus tuis. Myrra et gutta et cassia a vestimentis tuis de aedificiis eburneis ex quibus te iocunditate adfecerunt.' Inmortalis unguenti secreta pervidimus, et 3 divinae nobis dispositionis ordo monstratus est. Regnum perpetuum et caeli diadema domino nostro cum unguenti maiestate conlatum est. Quis autem | hic qui regendi *fol. 23v* orbis accepit potestatem, qui venerandi nominis maiestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum. Ait enim is idem David: 'Ut quid fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus Christum eius.' Quid te sic

20 *Ps. 2, 1 sq.*

2 tibi deus *add. Bu post* benedixit, *solum* tibi *Fl cl. LXX: εὐλόγησέν σε ὁ θεός. d. p.* aeternum *add.* 3 potentissime; Specie *P et edd. ante Ha qui* potentissime spec. et pulchr. tua. *cl. LXX: δυνατὲ τῇ ὡραιότητί σου etc.* 4 *d. p.* intende *add.* regna · Propter *P.* 5 veritatem *Wo et Bu, ut habent LXX et Cypr. testim. II 29.* mansuetudinē· & iustitiā & *P.* 6 Sagittae ⟨tuae⟩ *Bu Ha ex LXX.* 7 *d. p.* potentissime *add.* intra *P,* infra *Bu Ha ex LXX.* 8 *tertia* i *vocis* inimicorum *corr. ex* o *a P.* Sedes *pr, at cf. ad 22, 12. dd. p.* 9 saeculi *et* 10 iniquitatem *add.* 13 iucunditate *edd praeter Bu, at cf. 45, 5.* 14 *d. ante* et *add.* 17 regendę *P.* 21 inania Adstiterunt *P.*

15 *cf. ad 57, 13.* 18 *cf. 6, 5.*

extollis sacrilega persuasio? Quid miseros homines effrenata temeritate circumvenis? Unguentum Christi caeli donat imperium, unguentum ⟨tuum⟩ gehennae suscitat flammas.

XXIV. Sed quod inpuro ore sacerdos iste et polluta verborum contaminatione conponit, libet diligenti inquisitione discutere. Liberato deo suo bonum animum gerere (114) socios, fiduciam bonae spei habere persuadet. O quam miseris quam luctuosis se laqueis involvit caduca calliditas! Quis deum tuum liberat? Cui hoc praestitit quod laborat? Disce · disce quod nescis, disce quod non vides: 2 Christus filius dei ut humanum genus a mortis laqueis liberaret, vere omnia ista sustinuit, ut captivitatis durae iugum tolleret, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominem cum deo prospera conciliatione conponeret, ut promissae resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo. Fecit filius dei quod ante promiserat, clusit ianuas sedis infernae, et durae legis necessitatem calcata morte prostravit. Per triduum recensita ab eo iustorum turba collecta est, ne diutius contra eos mortis dominaretur inprobitas, ne iustorum meritum ex longa desperatione concideret. Fregit claustra perpetua, et ferreae fores Christo iubente conlapsae sunt. Ecce terra contremuit, et fundamentorum suorum stabilitate concussa · *fol. 24r* praesentis Christi numen agnovit. | Ante praefinitum tempus praecipitat diem mundi rotata vertigo, et sol non

22 *Lucr. V 1220:* torrida tellus contremit. *cf. ad 76, 14.* 24 *Luc. 13, 44.*

3 tuum *add. Bu,* vestrum *Fl.* 6 gerere · socios fiduciã *P.* *dd. p.* 9 liberat *et* 10 nescis *et* 12 sustinuit *et* 13 tolleret *add.* 13 mitigatã offensã *P.* 17 *d. p.* infernae *add.* 18 recens ita *P, em. Mu.* 20 dãnaretur *P, em. Fl.* 22 iuuente *P, em. Fl.* 23 *dd. p.* contremuit *et* concussa *add.* 24 nomen *P, em. Fl.* agnouit Ante *P.*

4 *cf. 11, 9.* 5 *Math. 250, 19* diligenti .. inquisitione colligere. *258, 8* diligenti ratione discutere. 22 *Arnob. I 53* tellus mota contremuit. 25 mundi rotata vertigo *exstat etiam Math. 3, 2. 9, 23. cf. Mo 25 et 49; adde Arnob. I 2* vertigo haec mundi ... praecipiti coepit volubilitate raptari.

conpleto diurnarum horarum spatio properato cursu vergit
in noctem. Ecce veli fastigia summa finduntur, et obscu-
rioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit.
Omnia elementa Christo pugnante turbata sunt, tunc sci-
licet cum primum contra mortis tyrannidem humanum
corpus armavit. Per triduum ista conflictatione pugnatum
est, quamdiu mors superatis malitiae suae viribus fran-
geretur. Quid solita inpatientia homo religiose homo 3
Christi desperas et deficis? Tridui moram non feris? Sol-
licitudinem ac desperationem tuam novis precibus confi-
teris? Hoc te facturum esse illo die spiritus sanctus
veneranda voce significat, cum per David dicit: 'Aesti-
mati sumus sicut oves occisionis. Exsurge: quare
obdormis domine? Exsurge et ne disperdas usque
ad finem. Quare faciem tuam avertis? Oblivisce-
ris inopiam nostram et tribulationem, quoniam
humiliata est in pulvere anima nostra, haesit in
terra venter noster. Exsurge domine opem fer (115)
nobis et libera nos propter nomen tuum.' Ecce 4
post triduum lucidior a solito dies oritur, et reddita soli
praeteriti luminis gratia · omnipotens deus Christus splen-
didioribus solis radiis adornatur. Exultat salutare numen,
et triumphales currus eius iustorum ac sanctorum turba

2 *Matth. 17, 51.* 12 *Ps. 43, 23—27.* 23 *Ovid. Am. I, 7, 37*: Quaeque tuos currus comitatus turba sequetur.

1 spatiū P. 7 *d. p.* est *add.* 9 desperas · & deficis tridui *P.* feris*: cf. ad 50, 14. d. p.* feris *add.* 13 *verba* Aestimati — 16 tribulationem *non distincta in P.* 14 *vocis* obdormis *litterae* ob *evanuerunt.* 15 abertis *P.* 17 *d. p.* nostra *add.* 18 fer · nobis *P.* 20 lucidiora solito *P, cf. Kroll Mus. Rhen. LII 588.* lucidior solito *cum Fl pr praeter Bu.* 21 gratia omnipotens *P,* gratia: omnipotens *perperam pr.* 22 adoratur *P, em. Sk cl. 12, 10. 55, 11. Math. 57, 27. 246, 24. CII° II 30 cet. d. p.* numen *add.*

4 *Arnob. I 53* universa mundi sunt elementa turbata. 6 *cf. ad 34, 18.* 7 *cf. ad 19, 7.* 20 *voculam* a *pro ablat. compar. habes 66, 22. Math. 164, 7. 207, 11 (Kr). Math. 280, 10* gratiam dulcissimi luminis reddis. *cf. de err. 12, 16 et 48, 3.* 22 (*et* 2 *p. 62*) salutare numen *habes Math. 21, 29 et 95, 7.*

comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata mortalitas: 'Ubi est mors aculeus tuus?' Tunc praecurrens salutare numen aperiri sibi caelestes ianuas praecipit. 'Aperite aperite et inmortalia claustra convellite: Christus deus
fol. 24v calcata | morte ad caelum hominem quem susceperat revocat.' Hoc a venerando propheta sancta voce praecanitur, et ex ore prophetico vox iubentis auditur. Ait enim spiritus sanctus, ut nobis licentiam Christi iubentis ostenderet: 'Tollite portas principis vestri et extollite ⟨vos⟩ portae aeternae et introibit rex gloriae.'
5 Hoc angelis nescientibus imperatur: neque enim scire potuerunt, quando verbum dei descendit ad terram. Ideo et ipsi sollicita interrogatione respondent: 'Quis est iste rex gloriae?' Quibus quaerentibus perspicua Christus numinis sui maiestate respondet: 'Dominus fortis et potens dominus potens in proelio.' Cognoscitur statim a custodibus caeli filius dei, et quicquit illos ante fefellit agnoscunt. Vident prostrati hostis exuvias, et recordati primae dispositionis ordinem · etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: 'Tollite portas qui praeestis illis et extollite vos portae
6 aeternae et introibit rex gloriae.' Reverso filio promissa pater regni sceptra restituit, et sellam regni

2 *ad Cor. I 15, 55.* 10 *Ps. 23, 7.* 13 *ib. v. 8.* 20 *ib. v. 9.*

3 precepit *P, em. Fl consentiente rhythmo.* 4 *vocis* inmort..lia *litterae* mort *evanuerunt.* conbellite *P.* 5 que susciperat *P.* *dd. p.* 7 praecanitur *et* 8 sanctus *add.* 9 principis ur̄i *P, i. e. genetivus pendens ex* portas: principes vestras *Fl,* principes vestri *Bu,* principes, vestri *Ha, ut* principes *vocativus sit.,* vestri *autem ex* portas *pendeat(!)* 10 ⟨vos⟩ *add. Bu cl. v. 21,* extollimini *Cypr. test. II 29.* 10 *et* 22 introiuit *P.* 12 *d. p.* potuerunt *add.* 13 respondeN Quis *habet P: legebant* respondet *Fl Ha (sed recte Bu).* 15 respondit *P, em. Bu.* 18 *d. p.* exuvias *add.* 19 ordinem Etiam *P.*

1 elato gaudio*: cf. Mo 25.* 8 licentiam*: cf. Mo 12.*

aequa potestate concedit, ut imperet · ut regnet · ut teneat, ut perpetua numinis sui maiestate dominetur. Audi quid de illo Danihelem spiritus sanctus iusserit dicere: 'Videbam in visu nocte et ecce in nubibus caeli quasi filius hominis veniens venit usque ad veterem *(116)* dierum, et stetit in conspectu eius et qui adsistebant optulerunt eum, et data est ei potestas regia et omnes reges terrae per genus et omnis claritas serviens ei, et potestas eius aeterna quae non auferetur, et regnum eius non corrumpetur.' Haec eadem nobis | sancta revelatione monstran- 7 *fol. 25r* tur, invenimus enim in Apocalypsi ita esse perscriptum: 'Et conversus ⟨sum⟩ et respexi ut viderem vocem quae mecum loquebatur, et vidi septem candelabra aurea, et in medio candelabrorum similem fili hominis vestitum poderem, et erat praecinctus supra mammas zonam auream, caput autem eius et capilli erant albi velut lana alba ut nix, oculi eius ut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco sicut de fornace ignea, et vox eius ut sonus aquarum multarum, et habebat in dextera sua septem stellas, et ex ore eius gladius ex utroque acutus, et facies splendebat ut sol in virtute sua. Et cum vidissem cecidi ad pedes eius tamquam mortuus, et inposuit dexteram suam super me dicens: noli timere; ego sum

3 *Dan. 7, 13 sq.* 13 *Apoc. 1, 12—18.*

1 aequata *Kr cl. Mo 25.* ut regna teneat *Wo (*regnum *Mu Oe Ha).* 8 terrę. & regnũ· & omnis *P, em. A. Engelbrecht in 'Wiener Studien' XXVII 72 ex Cypr. test. II 26.* potestas reg. et regn. et omn. clar. et om. reg. terrae *Ha.* 9 seruient *P, em. Engelbr.* 10 *vox* non *prior renovata a p ut videtur.* 13 ⟨sum⟩ *Bu,* et (*ante* respexi) *del. Fl.* 16 fili *P Bu,* filii *Ha,* filio *Fl.* uestitũ pudorem *P, em. Bu* (vestitu podere *Fl.*) 20 auricalco *P,* aurichalco *pr.* 22 ex ore eius exiens (*vel* exibat) gladius *tentat Ha.* 23 facies ⟨eius⟩ *cum Fl pr.* 24 vidissem ⟨eum⟩ *Ha.*

primus et novissimus et vivus, qui fueram mor-
tuus et ecce sum vivens in saecula saeculorum
8 et habeo claves mortis et inferorum.' Post resur-
rectionem etiam cum discipulis suis daret certa mandata,
inmortalium mandatorum ordinem ista lege conclusit:
'Data est mihi omnis potestas in caelo et in
terra: ite ergo et docete gentes omnes, bapti-
(117) zantes eos in nomine patris et filii et spiritus
sancti, docentes eos observare omnia quaecum-
que praecepi vobis.' Quod autem deus pater parti-
cipem eum regni faciens· regalis sellae ei concesserit
sedes, hoc docetur oraculo: 'Dicit dominus domino
meo: sede a dextris meis quoadusque ponam
inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae mittet dominus a Sion
et dominaberis in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuae in clari-
tate sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.
fol. 25v 9 Iuravit dominus nec paenitebit eum.' | Hi sunt
inimici dei, sacratissimi imperatores, qui veritatis ordinem
contraria lege conturbant, qui perversae cupiditatis in-
stinctu sacrilega vota concipiunt, qui profanae mentis
furore· aut lignum semper venerantur aut lapidem. In
isto loco positi ordinem debemus sanctae dispositionis
aperire, ut quicquit nobis investigantibus sanctum dei
verbum prophetica tradidit disciplina, ad refutandas pro-

6 *Matth. 28, 18—20.* 12 *Ps. 109, 1—4.*

4 *d. p.* mandata *add.* 5 ordinẽ· Ista *P.* *dd. p.* 11 faciens *et* 13 meo *add.* 15 emittet *cum Fl pr.* 16 dominaueris *P.* 18 *d. ante* ex *add.* 19 pęniteuit *P.* Hii *P.* 20 *dd. add., ne quis in legendo offendat.* 22 instincto *P.* 23 uenerantur. aut *P.* 26 *d. p.* disciplina *add.*

20 *cf. 24, 9.* 21 *Math. 88, 17* praeposterae cupiditatis instinctu. *130, 28* avaro ... cupiditatis instinctu. 22 vota concipiunt: *cf. Math. 11, 5. 205, 7. LVI*r *II 32. LXXVII*r *I 13.* 24 *cf. 59, 15.*

fani erroris maculas specialiter explicetur, ne sicut nos diximus *** commenti sunt qui sacrilegia errantibus tradiderunt, sic a nobis ordo veritatis curiosius requiratur. Suspensis itaque paululum ceteris · ad haec explicanda quae vera sunt transferatur oratio.

XXV. Vos domini imperatores sanctarum aurium vestrarum mihi commodate patientiam, ut totum clementiae vestrae quod promittimus explicemus. Cur deus id est filius dei homo passus est fieri, brevi ac vera pietati vestrae ratione monstrabitur. Cum hominem primum id est Adam ad imaginem suam deus faceret, certam illi mandatorum dedit legem. Is per feminam id est Evam deceptus diaboli persuasionibus promissae sibi gloriae perdidit dignitatem. Lignum erat in paradiso quod promis-
sorum a deo praemiorum perdidit gratiam. De virginis 2
terrae limo homo factus est. Nondum enim ut ait scrip-
tura supra terram pluerat. Hic contemptis mandatis dei (118)
humanum genus mortalitatis laqueis adflixit. Oportebat hoc totum et reformari et corrigi, et reformatio originis debuit reformare primordia. Ex virginis terrae limo factus

10 *Gen. 1, 27 et 2, 16 sq.* 14 *ib. 3, 6.* 16 *ib. 2, 5.*

1 ne sicut *scripsimus cum P lacunae signo posito post* diximus, *quam expleamus tali voce quale* qualia, *qua interposita toleranda periodus efficitur.* ne sicut ... tradiderunt. Sic *Fl,* ne* *Wo.* ac si, ut ... tradiderunt, sic *Oe.* ne sicut, ut ..., sic *Bu.* ne si, ut ..., sic *Ha.* 2 commentiti *Mu.* 3 incuriosius *Bu parum intellecta loci sententia, cf. 67, 2.* 4 *d. p.* ceteris *add.* 7 patientia *P.* 9 pietatis *P.* *d. p.* 9 fieri *et* 11 faceret *add.* 14 quo *pro* quod *Kr.* 18 adfixit *Wakefield l. c. p. 15.* 19 reformari *P.*

1 specialiter explicetur*: Math. 43, 2. 46, 28. 50, 6. 165, 9 ac saepius.* ne ... requiratur*: Math. LIX^v I 43* ne cum libros nostros malignus lector acceperit, aliquid nos dicat tibi invidiae stridoribus denegasse. 5 *Math. C^v II 2* Sed his explicatis sermo totus ad expositionem Sphaerae Barbaricae transferatur, *ac similia saepius.* 7 *Arnob. V 33* si modo commodare patientiam vultis. *Math. LXVII^v I 42* ut ... totum quicquid promisimus explicemus.

Adam praevaricatione propria promissam perdidit vitam.
fol. 26r Per virginem | Mariam ac spiritum sanctum Christus natus
et inmortalitatem accepit et regnum. Arbor ligni pesti-
ferum deceptis pabulum praebuit: lignum crucis vitam in-
mortali conpage restituit. Contempsit Adam · oboedivit
deo Christus. Sic divina dispositione quicquit Adam per-
3 didit Christus invenit. Nam post multa tempora novissimis
temporum spatiis, id est novissima paene saeculorum eb-
domade, verbum dei humano se miscuit corpori, ut ho-
minem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem hu-
mani corporis cum divina inmortalitate coniungeret. Quid
enim faceret tanta turba sanctorum? Quae illis spes
salutis? Quod meritorum praemium, si sub una eademque
condicione sortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam
ipsa obligata teneretur? Nihil Habel · nihil Enos · nihil
Noe · nihil Sem · nihil Abraham · nihil Isaac · nihil Iacob de
dei sibi misericordia ac maiestate promitterent: irent etiam
ipsi post tantum fidei meritum cum ceteris omnibus pariter
addicti, et omnes dei sanctos unum mortis exciperet exi-
tium, nec haberet aput deum praemium pietas, si una
4 eademque omnes condicio mortis hauriret. Sed deus
Abrahae clarius a caeli sideribus promiserat regnum. Ideo
ex genere Abrahae descendens Maria virgo dei concipit,
ut supra dictorum hominum soboles inmortalis societatis
vinculo iungeretur, ut sic humanum genus per hominem
pariter et deum aequata societatis conparatione coniunctum ·

2 *In inferiore parte marginis dextrae folii 25v haec leguntur verba litteris maiusculis scripta duodecim versibus in cunei formam convergentibus:* Et hic non ante definitum arborem cuius poma edentes primi homines peccaverunt venenatam fuisse atque pestiferam.

3 recepit *corr. p ex* accepit. 8 *d. p.* spatiis *add.* *legendum ut videtur* saeclorum (–∪–∠–∪́∪∪). 9 ebdomadę *P.* Uerbū *corr. P ex* uerbū. 19 exitū exciperet *P, cf. praef. p. XXXIX.* 20 *d. p.* pietas *add.* 23 concipit *P,* concepit *Bu Ha, at cf. Sk.* 26 *d. p.* coniunctum *add.*

22 *cf. 61, 20 cum notis.*

ad inmortalitatis imperium oboedientiae merito perveniret. Quia itaque sacratissimi imperatores curiosis auribus satis fecimus, reliqua persequamur, | ne vel sic pollutarum aurium *fol. 26v* sordes purificans possit sermo purgare.

XXVI. Sequitur adhuc aliud symbolum quod pro magno miserorum hominum credulis auribus traditur:

ταῦρος δράκοντος καὶ ταύρου δράκων πατήρ. *(119)*

Aliquando nobis signa diabole maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris· quid ausus sis, scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat quod Evae cum eam perderes magnopere pollicebaris, cum ei diceres: 'Eritis quasi dii'. Tunc iam parabas tibi ac tuis templa, et delubra faciebas, et venenati oris inluviem nefariis cerimoniis consecrabas. Serpis in templis, et occisarum hostiarum misero 2 pasceris sanguine, nec venenis tuis cruor defuit, nec semustae crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti, et Latiaris templi cruore· vel ara Kartaginis· rabies tua et siccarum faucium venena nutrita sunt. Tu haec faciens hominibus te miseris prodesse iactas, ut crudelitate tua perimas,

12 *Gen.* 3, 5.

3 persequamur | Ne uel *P*, ut vel *cum Fl pr.* '*fortasse* anne vel' *Bu.* '*ipse malim* ut (*sine* vel); *nam videtur in cod. vitiata lectio* ne *et vera* ut, *quae vox toties in* uel (ut) *abiit, in unum coniuncta*' *Ha. At est illud* ne = si forte, *cf. Rönsch, It. u. Vulg. 401, Heraeus Arch. f. Lex. XIV 123; cf. 80, 1 (Sk).* 7 δράκων ταύρου *Wo; at recte monet Bu Firmici potius quam librarii culpa errorem ortum videri.* 9 *post* es *rasura unius litterae quae* t *fuerat.* 14 cerimoniis *P*, ceremoniis *pr praeter Oe.* 16 defuit Nec se muste *P*, se inusto *vel* se musto *legebant pr et scribebant* semiustae *cum Wo* (se iniusto *Fl.*) 17 *d. p.* partes *add.* 19 Kartaginis rabies tua· *P.* 21 *vocis* iactas *litterae* iact *a p renovatae.*

14 *cf. 55, 7. Math. CV° II 38* caesi sempiternis caerimoniis consecrantur.

persuasione decipias, pollicitatione prosternas. Sic tuis
prospicis parricida. Fugite o miseri homines fugite, et
contagionem istam quantacumque potestis celeritate deserite.
Draco est qui colitur· latere non potest, proprietatem nominis sui ipse confessus est, confessum reum poéna con-
3 sequitur. Audite quid sanctus propheta divina instigatione
denuntiet. Oraculum hoc Esaiae nobis fides tradidit, ait
fol. 27r enim: 'In illa die superducet deus gladium sanctum
et magnum et fortem super draconem, | serpentem
magnum et tortuosum, et interficiet draconem.'
Voluntas dei perfecti operis substantia est: de ne⟨ce⟩ draconis lata sententia est; quicquit deus dixerit factum est.
Morituri draconis hoc solacium est, ut exitium suum frequens perditorum turba comitetur. Si mortis eius diem
quaeritis, tunc percussus est cum hominem deum vidit,
4 cum Christi nobis numen apparuit. Post illum diem qui
(120) serpentis huius secutus fuerit institutum, necesse est ut
cum serpente moriatur. Deos istos quos colitis ipse fincxit,
ipse conposuit. Si pertinaces animi vestri in isto errore
permanserint, ardebitis etiam vos pariter cum diis vestris,
ut quicquit auctores vestri divina animadversione meruerunt, etiam ad vestrum exitium ex societatis consortio

8 *Jes. 27, 1.*

1—4 *haec a p renovata sunt:* deci(pias), (pro)spicis, pa(rricida), cont(a)g(i)onẽ, (de)serite, prop(rietatẽ). *dd. p.* 1 prosternas *et* 2 fugite *add.* 7 de ////nuntiet *P.* 9 *post* draconem *vox* magnũ *erasa; d. add.* 11 perfectio *P, em. Ha;* sub instantia *Wo.* Voluntatis dei perf. op. subst. est *Scheffer, Miscell. Observv. Britt. IX 1 p. 167 sq.* Voluntas dei perf. operis, subst. est *Oe. qui vertit: 'Der Wille Gottes aber ist Erfüllung der Tat, ist Wirklichkeit.'* perfectio operis subitanea *Bu.* de nece *Bu,* dene *P,* bene *Fl,* de fine *Sk.* 12 dixerit *propter clausulam positum:* dixit *Fl.* 14 diẽ queritis *in rasura corr. P ex* dies queritur, *cf. 46, 25* renascatis, *RM 290.* 19 erro *P,* re *supra lin. add. p.*

14 *cf. 61, 23.*

transferatur. Mihi credite, nihil praetermisit diabolus quod hominem miserum aut debilitaret aut perderet. Ideo se per omnes formas multiplici diversitate convertit, ideo se diversi generis calliditate conposuit, ut variis ac multiplicibus fraudibus homines inretitos interimat.

XXVII. Sacra sua perditus carnifex (pro nefas) per lignum semper renovari disposuit, ut quia sciebat fore ut ligno crucis adfixa vita hominis perpetuae inmortalitatis conpagine stringeretur, perituros homines ex ligni imitatione deciperet. In sacris Frygiis quae matris deum dicunt, per annos singulos arbor pinea caeditur, et in media arbore simulacrum iuvenis subligatur. In Isiacis sacris de pinea arbore caeditur truncus. Huius trunci media pars subtiliter excavatur, illic de segminibus factum idolum Osiridis sepelitur. | In Proserpinae sacris · caesa arbor in 2 *fol. 27ᵛ*
effigiem virginis formamque conponitur, et cum intra civitatem fuerit inlata, quadraginta noctibus plangitur, quadragesima vero nocte conburitur. Sed et illa alia ligna quae dixi, similis flamma consumit. Nam etiam post annum ipsorum lignorum rogum flamma depascitur. Errasti miser et vehementer errasti. Nihil tibi poterit ignis iste prodesse. Frustra tibi ex ista flamma blandiris, hunc ignem commentis tuis semper renovas. Ignis qui de facinoribus tuis exigit poenas, perpetua tormentorum continuatione grassatur. Divini ac liberantis ligni ordinem 3
disce, ut scias nulla tibi posse ratione succurri. De ca-

1 *d. p.* credite *add.* 5 interimeret *Wo.* 11 *dd. p.* dicunt *et* caeditur *add.* 14 illis *P, em. Oe.* seminib; *P, em. Wo. litt.* m *eius vocis a p renovata.* 15 sacris. caesa. *P. dd. p.* 17 inlata *et* 19 dixi *et* 22 blandiris *add.* 20 istorum *Bu Ha. verba* errasti miser *in P repetita, sed erasa. An recte se habet iteratio, cf. 37, 3 ?* 23 renovans *Oe Bu Ha.* 25 liberandis *P, em. Fl.* ligni (l. superscr.) *P.*

3 *Math. 103, 18* ut semper se mutabili diversitate convertat, *cf. Mo 24.* 8 *cf. ad 44, 7.* 24 *Math. 256, 28* acerba continuatione grassatur, *cf. ad 35, 59.*

taclysmo humanum genus arca lignea liberavit; Abraham ligna unici filii humeris inponit; de Aegypto recedentem dei plebem lignea virga protexit; lignum dulcem saporem amarae myrrae fontibus reddidit; lignea virga ex spiritali
(121) petra salutaris unda profertur, et ut Amalec vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur; scalae ligneae patriarcha incumbentem angelum somniat, et per eandem alios descendere alios cernit ascendere, et lex dei arcae creditur ligneae, ut his omnibus quasi per gradus quosdam ad lignum crucis salus hominum perveniret. Quapropter lignum crucis caeli sustinet machinam, terrae fundamenta conroborat, adfixos sibi homines ducit ad vitam. Lignum diaboli ardet semper et moritur, et ad ima tartari credentes
4 homines cum favillis suis ducit. Illud etiam quale sit *** ratione tractetur. Arborem suam diabolus consecrans· in-
fol 28r tempesta nocte arietem in caesae arboris facit radicibus | immolari. Quis tibi hoc scelerate persuasit? Unde hoc pestifera cupiditate didicisti? Semperne te contra deum summum nefaria cupiditate conponis? Ideo te de caelo severum divinitatis iudicium caduca humilitate praecipitat, ideo tibi dei sententia perpetua poena decernitur, quod facinoribus tuis per dies singulos novum semper additur facinus, quod h o m i n e m d e i fraudulenta conaris persuasione decipere. Vide quid sibi ludibriosus hostis invenerit. Abrahae immolaturo filium iussu dei aries sub-
5 ponitur, et in vicinae arboris radicibus alligatur. Libera-

1 *Gen. 7—8.* *ib. 22. 6.* 2 *Ex. 14, 21 et 26.* 3 *ib. 15, 25.* 4 *ib. 17, 6.* *1. Cor. 10, 4.* 5 *Ex. 17, 12.* 6 *Gen. 28, 12.* 8 *Ex. 40, 20.* 23 *cf. 39, 14.*

1 De abrahã *P, em. Bu, idem coniciens* deo iubente Abr.; deinde *Fl.* 5 *d. ante* circa *add.* 8 ascendere *utroque loco P, sed alterum (post* cernit*) corr. in* descendere *p, et sic pr: nos propter clausulam hoc tenere illud corrigere maluimus.* 11 *d. p.* machinam *add.* 14 fabillis *P, em. Fl,* fabellis *Dieterich apud Fr 26.* ⟨diligenti⟩ *add. Kr exempli causa,* speciali *Sk.* 15 *d. p.* consecrans *add.* 25 filio *P, em Fl.* dĩ· *P.*

15 *Math. 196, 17* diligenti ratione tractabitur. 21 *cf. 19, 6.*

turus deus summus ex Aegyptiorum tyrannide plebem
suam arietem nocte iussit occidi, et sanguine eius postes
liniri praecepit. Ipsum a certo numero hominum per
nocturnas epulas confici iubet, et sacrificio ipsi Paschae
nomen inponit. Sed hoc ad imaginem futurorum provi-
dentia divinae maiestatis invenit, ut per signa verum
Pascha nobis ostenderet. Ideo cum de passione domini
nostri divino spiritu iubente propheta praecaneret, ait:
'Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus
coram tondente se, sic non aperuit os suum. In
humilitate iudicium eius sublatum est: nativi-
tatem eius quis enarravit? Quoniam auferetur
a terra vita eius.' Alius etiam propheta haec eadem 6
simili respondit oraculo: 'Domine significa mihi et
cognoscam: tunc vidi meditationes eorum. Ego (122)
sicut agnus sine malitia perductus sum ad victi-
mam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes: ue-
nite mittamus lignum in pane eius et eradamus
a terra vitam eius.' Agnum autem appellari dominum 7
nostrum sancta nobis revelatione monstratur. In Apo-
calypsi | enim ita invenimus esse perscriptum: 'Et vidi fol. 28
in medio throni et quattuor animalium et in me-
dio seniorum agnum stantem quasi occisum ha-
bentem cornua septem et oculos septem, qui sunt
septem spiritus dei missi per orbem terrae. Et
venit et accepit librum de dextera sedentis in
throno, et cum accepisset librum quattuor ani-
malia et viginti quattuor seniores prostraverunt
se ante agnum, habentes singuli aureas cytharas

9 *Jes. 53, 7 sq.* 14 *Jer. 11, 18 sq.* 21 *Apoc. 5, 6—10.*

3 precēpit *P.* 6 signa *corr. ex* signū *P (non m. 2 ut dicit Ha).* *dd. p.* 8 praecaneret *et* 9 est *et* 10 se *et* 11 est *add.* 10 tondentē *P.* *post* se *vocem* mutus *deesse putat Ha.* 12 enarrabit *Bu Ha.* 18 pane *P tenuimus suadente Sk,* panem *pr.* 29 citharas *Ha,* citharas ⟨et pateras⟩ *Bu ex Graeco, at cf. Oe ad l.*

plenas odoramentis supplicationum quae ⟨sunt⟩ orationes sanctorum, et cantaverunt novum canticum dicentes: dignus es accipere librum, et aperire signa eius quoniam occisus es et redemisti nos deo sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione, et eos regnum deo nostro sacerdotesque fecisti et regnabunt super terram.'

8 Iohannes quoque filium dei agni nomine appellat, ut et ipse propheticae pollicitationi respondeat. Ait enim in evangelio: 'Altero die videt Iohannes Iesum venientem ad se et ait: ecce agnus dei ecce qui aufert peccata mundi.' Pro salute hominum agni istius venerandus sanguis effunditur, ut sanctos suos filius dei profusione pretiosi sanguinis redimat, ut qui Christi sanguine liberantur, maiestate prius inmortalis sanguinis consecrentur. Neminem aput idola profusus sanguis invenit, et ne cruor pecodum miseros homines aut decipiat aut perdat, polluit sanguis iste non redemit, et per varios casus hominem premit in morte. Miseri sunt qui profusione sacrilegi fol. 29r (123) sanguinis | cruentantur. Tauribolium quid vel criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit?

10 *Joh. 1, 29.*

1 ⟨sunt⟩ *Bu,* ⟨erant⟩ *Fl (nihil P: erravimus RM 296).* **5** tuo; Et omni *P, em. Fl.* **6** eos ... regnabunt *P,* nos ... regnabimus *pr, v. praef. § 6.* **10** *litterae* (u)enien(tẽ) ad s(e) *renovatae a p.* **11** dĩ ∗cce *P.* **15** *d. p.* liberantur *non dispeximus in P.* **16** apud *corr. p ex* aput. inuenit *P,* iuuerit *Fl,* munit *Bu Ha, v. praef.* **17** pecodũ *P* (od *a p renov.*), *cf. 18, 6 et 33, 3;* pecudum *pr.* **18** redemit *P,* redimit *pr clausula non postulatur, nam vox* iste *ut monosyllaba legenda.* homine pre∗it inmorte *P, sed videtur esse* premit, *ut legebant pr (qui* homines *scribunt). Multo magis placet* peremit *cl. 67, 21 et praecedenti voce* redemit*; cogitabamus etiam de* stringit *cl. 44, 2 (in quod Sk quoque incidit);* praeit *Kr.* **20** cruentantur *renovavit p.*

14 *et* **19** *Math. LXXVIv II 11* acerba profusione sanguinis contractae nuptiae cruentantur. *LXXVIIIr I 31* profusione sanguinis cruentabit. *cf. LXXXIr I 33. LXXXIIr I 30. XCVIv I 42. CXIv I 9.*

XXVIII. Laventur itaque sordes istae quas colligis: quaere fontes ingenuos, quaere puros liquores, ut illic te post multas maculas cum spiritu sancto Christi sanguis incandidet. Ut autem miseros homines ad sanam mentem revocet plena persuasio, maiore auctoritate opus est, ut curatis ac sanatis mentibus nullum praecedentis pestilentiae vestigium relinquatur. Quid itaque 2 sint idola vel quam habeant substantiam, prophetarum ore ac dei divina voce monstratum est: quae omnia specialiter dicenda sunt, ut hoc non nostra temeritate prolatum, sed divino magisterio nobis traditum et caelesti videatur voce signatum. Quae sit substantia eorum Sapientiae veneranda voce monstratur, ait enim in libris Salomonis: 'Omnia idola nationum aestimaverant deos, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos et qui spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo autem sibi homo poterit dominum fingere. Cum sit enim mortalis mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit, quoniam quidem ipse vixit illi numquam.' Quid amplius quaerimus? Sapientia nos divina voce convenit, et quicquit in arcanis dei viderat docuit,

14 *Sap.* 15, 15—17.

1 Labentur *P.* *dd. p.* 2 liquores *et* 5 persuasio *et* 8 substantiam *et* 11 prolatum *add.* 12 uideatur *P, v. RM 296:* agnoscatur *pr.* eorū *P, Ha cum G. Laubmann:* eius *pr.* Sapientiae *nos,* sapientiae *pr.* 14 extimauerant *P, em. Fl: an melius scribatur* existimaverant*? cf. 75, 29.* aestimaverunt *Bu Ha.* 24 *d. p.* quaerimus *add.*

11 *Math.* 3, 15 (quicquid . . divini viri) divinae nobis doctrinae magisterio tradiderunt. *91, 6* (Petosiris ⟨et⟩ Nechepso) mundi genituram divino nobis scientiae magisterio tradiderunt. *cf. 3, 11. 7, 22. 14, 18. 21, 8. 53, 27. 77, 22. 157, 3. 19. 162, 17.*

fol. 29v et quod erat salubre monstravit, | ne fragilis et caduca
3 mortalitas in exitium suum mortemque properaret. Hoc
idem in Psalmis praemonet spiritus sanctus: invenimus
enim in psalmo centesimo tricesimo et quarto· ita esse
perscriptum: 'Idola gentium argentum et aurum
opus manuum hominum. Os habent et non loquun-
tur, oculos habent et non vident, aures habent et
non audiunt: neque enim est spiritus in ore eorum.
(124) Similes sunt illis qui faciunt ea.' Si artifex qui
ad ostentationem ingenii· simulacrum aut sculpsit aut fudit,
divina maledicti animadversione percutitur, quid sperare
debeat considerandum est, qui quod alter vendidit deum
4 dicit. Hieremias etiam cum praecepta deo iubente plebi
daret, hac populum oratione convenit: 'Dicite autem
in corde vestro: tibi oportet adorare domine.
Angelus autem meus vobiscum est, lege autem
exquiram animas vestras. Lingua eorum po-
lita ⟨a⟩ fabro, ipsa etiam inaurata et inargentata
falsa sunt et non possunt loqui. Et sicut
virgini ornatum amanti accepto auro fabricati
sunt coronas supra capita deorum suorum. Est
autem quando subtrahent sacerdotes a diis suis
aurum et argentum et erogant illud in semet ipsos;
dabunt etiam ex ipso et prostitutis meretricibus
ornantque illos ut homines vestimentis, deos ar-

5 *Ps. 134, 15—18.* 14 *ep. Hier. (= Baruch c. 6) 5—10.*

9 fiant *pro* sunt *temere Bu Ha ex LXX, coll. Cypr. test. III 59 et epist. ad Fortun. I.* 10 *dd. p.* ingenii *et* fudit *add.* ingenii *aut ut creticum aut* -ōnĕm īngĕnĭī *legendum esse monet Sk.* 13 iuuente *P, em. Fl.* 15 *d. p.* vestro *add.* 16 Lege autē exquirā̃ abanimas ur̃as *P:* legem aut. exqu. ab animabus vestris *Fl:* ego aut. exqu. animas vestras *Bu Ha ex LXX.* 18 ⟨a⟩ *Bu.* 20 uirgini hortatu amanti accepero *P, em. Bu.* (hortatu amantis accepto *Fl*). 23 erogabunt *Fl. ex LXX, item* 25 ornabuntque.

1 *Math. 20, 4* fragilis et caduca .. mortalitas. *cf. 197, 24. Mo 24.* 2 *cf. 24, 1 et 80, 9 et Mo 22.*

genteos et aureos et ligneos.' Addit etiam in sequentibus ut omnem dubitationem trepidationis excutiat: 'Supra corpus eius et caput volitant noctuae· et hirundines· et aves similiter: unde scietis quia non sunt dii. Non ergo timueritis eos: aurum est quod circa se habent ad speciem, nisi aliqui exterserit aeruginem non fulgebit. Neque enim cum conflabantur sentiebant. Pretio empti sunt in quibus spiritus non est, sine pedibus | in humeris *fol. 30r* portantur.' Addit etiam ut confirmata mens fortius roboretur: 'Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timueritis eos.' Et ut sacerdotum eorum miserum *(125)* dedecus monstret· addit: 'In domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et capita et barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos sicut in gehenna mortui.' Quod autem et reges et gentes haec de ipsis pronuntiaturi sunt, is idem propheta praesaga voce significat, ait enim: 'Scietur postea quia falsa sunt gentibus universis et regibus, quia manifestum est quia non sunt dii, et nullum dei opus est in ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluviam hominibus dabunt. Iudicium quoque non discernent, neque regionem liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt. Et cum inciderit in domo deorum ligneorum et inauratorum et inargentatorum ignis, sacerdotes illorum liberabuntur, ipsi autem sicut trabes in medio conburentur. Regi autem et bello non resistent. Quomodo existi-

3 *ib. 21—25.* 11 *ib. 28.* 13 *ib. 30 sq.* 19 *ib. 50—57.*

3 eorum *pro* eius *Bu Ha.* 4 similiter ⟨et cattae⟩ *Bu ex LXX.* 5 enim *pro* est *Bu Ha (qui* eius *esse in P contendit nescio quo pacto).* 7 eruginẽ *P.* 8 conflabuntur sentiebunt *P, em. Bu;* conflahuntur *(sic)* sentient *Fl.* 18 id *pro* is *Sk.* 23 plubiã *P.*

mandum est vel recipiendum quia sunt dii? Neque a furibus, neque a latronibus se liberabunt, dii lignei et aurati· et inargentati, quibus hi qui fortes sunt aurum et argentum quo operti sunt
6 auferunt illis.' Tollite· tollite securi sacratissimi imperatores ornamenta templorum. Deos istos aut monetae ignis· aut metallorum coquat flamma, donaria universa ad utilitatem vestram dominiumque transferte. Post excidia templorum in maius dei estis virtute provecti. Vicistis hostes· propagastis imperium, et ut virtutibus vestris gloria maior accederet, mutato ac contempto temporum
fol. 30v ordine· hieme quod nec factum est aliquando | nec fiet, tumentes ac saevientes undas calcastis Oceani. Sub remis vestris incogniti iam nobis paene maris unda contremuit, et insperatam imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? Virtutibus vestris victa elementa cesserunt.
(126) 7 Quod autem deus iubeat· idola non fieri sacrosanctae legis scita declarant. In Exodo enim sic invenimus esse perscriptum: 'Non facietis vobis deos argenteos neque deos aureos'. Et rursus in eodem libro vocem dei iubentis invenio: 'Non facies tibi idolum, nec cuiusquam similitudinem.' Pudorem miseris indicit spiritus sanctus, quia cupit errantes revocare non perdere, et ait per Esaiam: 'Confundemini confusionem qui fiditis super sculptilia, qui dicitis fusilibus: vos estis

14 *Verg. Aen. III 673* contremuere undae penitusque exterrita tellus. 19 *Ex. 20, 23.* 21 *ib. 20, 4.* 24 *Jes. 42, 17.*

3 inaurati *malebat Bu.* 7 *post* metallorũ *in spatio vacuo duae tresve litterae erasae.* 11 *d. p.* accederet *add.* 13 oceani subremis uṝis: Incogniti *P, corr. Scheffer, Miscell. observv. IX 168, cf. praef. p. XX.* 15 brittanus *P.* *d. p.* 16 vultis *add.* 19 perscriptũ Non *P.* 21 *post* Non *duae litterae erasae quae* ti *fuerant: volebat* tibi *scribere.* 24 pesaiã Confund. *P.* confundimini *Bu ex LXX.* 25 sculptilia *Wo,* capitalia *P,* scalptilia *Bu Ha.* *d. add.*

9 *cf. 83, 3.* 13 *Math. LXXII*v *I 45* saeviens undarum fluctus. *Minuc. Fel. VII 2* ira .. tumens et saeviens. 23 *cf. 44, 6.*

dii nostri.' Dat etiam legem quam consecratus populus
devota perpetuitate custodiat, et ita mandat: 'Dominum
deum adorabis et ipsi soli servies.' Et in Deutero-
nomio similia dei mandata noscuntur, ait enim: 'Non
erunt tibi dii alii absque me.' Addit etiam ut ani-
mis eorum maiestatis suae pondus insinuet: 'Videte· vi-
dete· quia ego sum et non est deus praeter me.
Ego interimam et vivere faciam, percutiam et ego
sanabo et non est qui eripiat de manibus meis.'
In Apocalypsi etiam hoc idem sancta revelatione monstratur; 8
ita enim scriptum est: 'Et vidi alium angelum vo-
lantem medio caelo habentem evangelium aeter-
num, ut adnuntiaret super terram per omnes na-
tiones et tribus et linguas et populos, dicentem
voce magna: metuite potius dominum et date illi
claritatem quoniam venit hora iudicii eius, et
adorate eum qui fecit caelum et terram, mare et
omnia quae in eis sunt.' | Dominus quoque noster Iesus *fol. 31r*
Christus paterna legis instituta custodiens· hoc idem vene-
randa constitutione promulgat; ait enim: 'Audi Israel:
dominus deus tuus deus unus est, et diliges do-
minum deum tuum de toto corde tuo, et de tota
anima tua et de tota virtute tua: hoc primum est.
Et secundum simile huic: diliges proximum tibi *(127)*
tamquam te. In his duobus praeceptis tota lex
pendet et prophetae.' Sequitur autem hoc divinum 9
venerandumque praeceptum inmortalis domini ac sancta
conclusio. Addit enim ut manifestius viam salutis ostendat,

2 *Matth.* 4, 10 *et Luc.* 4, 8. 4 *Deut.* 5, 7. 6 *ib.* 32, 39.
11 *Apoc.* 14, 6 *sq.* 20 *Marc.* 12, 29—31. *Matth.* 22, 37—40.

3 *post* deum (dm̃) *duae litterae erasae quae* dm̃ *fuerant, cf. RM 296:* tuum *pr praeter Bu.* 8 *d. p.* faciam *add.*
11 uolante *corr. p ex* uolentẽ. 14 *d. p.* populos *add.*
19 instituta · *P.* 20 *d. p.* Israel *add.* 21 ds̃ *ante* unus *add. P supra lin.* 24 diligis *P, em. Fl.*

et ita loquitur: 'Haec est autem vita aeterna ut cognoscant te solum verum dominum et quem misisti Iesum Christum.' Sacrorum mandatorum ordinem scitis; quid sequi quid fugire debeatis, veneranda atque inmortali voce didicistis. Audite rursus quod maneat contemnentes exitium, quibus illos calamitatibus necessitas
10 venerandae legis adstrincxerit. Clausula enim venerandorum mandatorum in haec verba colligitur: 'Sacrificans diis eradicabitur praeter domino soli.' Si solum sacrilegum hominem metuenda poena percuteret, si peccanti soli minaretur severitas legis, bene se ad sacrilegium obstinati furoris temeritate firmaret: nunc stirpi minatur et soboli, et hoc agit ne qua pars nequissimi seminis relinquatur, ne quod profani generis vestigium maneat: 'Sacrificans' inquit 'diis eradicabitur'. Considera quid agas misera ac luctuosa persuasio. Facinus tuum
fol. 31v plurimos | damnat, plurimos perdet, et per omnem substantiam generis tui fecunda poena dividitur. Cur autem contra sacrificantes sic saeviat ordinatae legis auctoritas, in Deuteronomio manifesta significatione monstratur. Ita enim invenimus esse perscriptum: 'Sacrificaverunt daemoniis et non deo.' ⟨Ne⟩ ad contaminatos ac pollutos te spiritus transferas, ne ab inferioribus speres auxilium, ne his supplices quibus dei gratia imperare iam debes.

1 *Joh. 17, 3.* 8 *et 79, 4: Quintil. declam. V 20* tandem spiritu vix in paucissima verba collecto. *XIX 15* verba collegit *Becker.* *Exod. 22, 20.* 21 *Deut. 32, 17.*

4 fugere *pr.* 7 Clausula ... colligit *P.* Clausula ... colligitur *Ha Sk (qui etiam* Clausulam ... collegit *proponit).* Clausulam ... colligit *Bu (Ha).* 10 sacrilegiũ *P.* 15 dii *P.* 17 *d. p.* damnat *add.* pd& *codicis tenuimus persuadente Sk,* perdit *pr.* 19 sęuiat. *P.* *d. p.* auctoritas *add.* 22 ⟨Ne⟩ *hic add. Bu, post* spiritus *Fl turbata clausula: an melius stet ante* te? pullutos *P.*

12 *Math. 87, 2* istum furorem temeritatis *(Mo 20).*

Ecce daemon iste quem colis, cum dei et Christi eius 11
nomina audiverit contremescit, et ut interrogantibus nobis
respondeat, trepidantia verba vix colligit: adhaerens ho-
mini laceratur· uritur· vapulat, et statim de commissis
sceleribus confitetur. Ne hunc colas· ne hunc supplices, (128)
ne prostratus huic flectas genua, interdicto venerandae
legis iubetur. Hinc severitas poenae, hinc animadversionis
metuenda sententia, quod dei indulgentia libertate con-
cessa· iugum potius eligis servitutis. Non desinit deus
summus crimen hoc salutari voce pulsare, sed misericordia
eius errantes homines corrigère frequenti conminatione
festinat. Audi per Esaiam prophetam vox divina quid
dicat: 'Adoraverunt deos quos fecerunt digiti eo-
rum, et curvatus est homo, et humiliatus est vir,
et non laxabo illis.' Etiam vos o profani homines 12
iratum numen adloquitur, et adhuc errores vestros sacra
convenit voce. Ait enim in sequentibus per eundem pro-
phetam: 'Illis fudistis libamina et illis inposuistis
sacrificia: super haec non indignabor? dicit do-
minus.' Adhuc indignationem suam salutaris deus dilata

3 *Quintil. decl. IX 19* trepidat oratio *(sic em. Dessauer, Die handschriftliche Grundlage der neunzehn größeren pseudo-quintilianischen Deklamationen. Leipz. 1898, p. 96 sq.)*
4 *decl. VII 3* urar lacerer. *VII 12 et XVI 9* urite lacerate.
13 *Jes. 2, 8 sq.* 18 *ib. 57, 6.*

1 dęmones te *P, em. Bu (*daemon est quem colis. Cum ... *Fl).* 2 nomine *P, em. Bu,* nomen *Fl.* 3 *d. p.* respondeat *add.* uerba: Uix *P.* homini· *P.* 5 huic supplices *Fl.* 7 seueritas pęna *P, em. Bu (*severitatis poena *Fl).* 9 metu metuenda *P,* metu *del. Ha.* 9 *d. p.* concessa *add.* 10 misericordię *P.* 14 *d. p.* vir *add.* 15 uos. O *P.* 19 *d. p.* indignabor *add.* 20 dilatat· seueritate *P, quod correximus;* dilatat, severitatem *pr cum Fl deleta clausula novaque statuta verbi 'dilato' notione.*

7 *Math. 22, 20* severam animadversionis sententiam. *178, 18* severam sententiae animadversionem. *cf. Mo 21.*
20 *cf. 82, 27.*

fol. 32r severitate | suspendit, ne vos forsitan peccare paeniteat, ne sacrilegae voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipso indignationis impetu moderata rursus voce persuadet, et irarum suarum conprimit stimulos. Ait enim per Hieremiam prophetam: 'Nolite ambulare post deos alienos ut serviatis eis, et ne adoraveritis, ne incitetis me in operibus manuum vestrarum· ad dis-
13 perdendos vos.' Quid sic ad sacrilegium pronus aures tuas obstruis? Quid sic obstinati furoris ardore in exitium tuum mortemque festinas? Liberum te deus fecit, in tua manu est ut aut vivas · aut pereas. Quid te per abrupta praecipitas? In lubrico itinere constitutus· et in ipso lapsu positus· titubantia aliquando suspende vestigia. Ecce sententia promitur, ecce poena decernitur. Diu criminibus tuis pepercit divina moderatio, diu facinus tuum cum dissimulatione respexit. Pervenis ad illud anceps, ubi spes· ubi vota deficiunt, et ut manifestius instruaris,
(129) animadversionis exitum disce. Super hac re in Apocalypsi totus ordo responsi est, ita enim scriptum est: 'Si quis adorat bestiam et imaginem eius, et accepit notam in fronte sua et in manu, bibit et ipse de vino irae dei mixto in poculo irae eius, et punietur igne et sulphore sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in saecula saeculorum ascendet, nec habebunt requiem die ac nocte quicumque adorant bestiam et imaginem eius.'

5 *Jer. 25, 6.* 12 *Verg. Aen. V 331* hic iuvenis iam victor ovans vestigia presso haut tenuit titubata solo *(Mo 51).* 19 *Apoc. 14, 9—11.*

1 ne — ne *P, quod tenet Ha 'cum verum esse possit'.* si — ut *Fl.* num — num *Bu, et in hanc sententiam illud* ne *intellegendum, cf. ad 67, 3 Sk.* 9 *d. p.* obstruis *add.* ardere *P. dd. p.* 12 praecipitas *et* 14 promitur *et* 17 instruaris *add.* 18 exitum disce *Sk, quae emendatio certa fit cl. 45, 10;* exitiū. Disce sup *P.* 20 accipit *pr cum Fl.* 21 bibet *pr cum Fl.* 22 mixta *P.* 23 sulphure *Fl et pr.*

9 *cf. Mo 20.* 10 *cf. 24, 1. 74, 2.*

XXIX. Sed et vobis sacratissimi imperatores ad vindicandum et puniendum hoc malum necessitas imperatur, | *fol. 32v* et hoc vobis dei summi lege praecipitur, ut severitas vestra idolatriae facinus omnifariam persequatur. Audite et conmendate sanctis sensibus vestris, quid de isto facinore deus iubeat. In Deuteronomio lex ista perscripta est, ait enim: 'Quodsi rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut uxor tua quae est in sinu tuo, aut amicus tuus qui est aequalis animae tuae, latenter dicens: eamus et serviamus diis aliis diis gentium, non consenties ei, et non exaudies eum, et non parcet oculus tuus super eum et non celabis eum. Adnuntians adnuntiabis de illo; manus tua erit super eum in primis interficere eum, et manus omnis populi postremo, et lapidabunt eum et morietur, quoniam quaesivit avertere te a domino tuo.' 2 Nec filio iubet parci· nec fratri, et per amata coniugis membra gladium vindicem ducit. Amicum quoque sublimi severitate persequitur, et ad discerpenda sacrilegorum corpora omnis populus armatur. Integris etiam civitatibus si in isto fuerint facinore deprehensae, decernuntur excidia, et ut hoc providentia vestra manifestius discat, constitutae legis sententiam proferam. In eodem libro integris civitatibus poenam dominus hac voce constituit, ait enim: 'Aut si audieris in una ex civitatibus quas dominus deus tuus dat tibi inhabitare *(130)* illic, dicentes: eamus et serviamus diis aliis quos

7 *Deut.* *13, 6—10.* 25 *ib.* *13, 12—18.*

3 *d. ante* ut *add.* 4 idololatriae *cum Mu nuperi, et sic 52, 17. 53, 14. 54, 8, at 52, 20* idolatrorum. *dd. p.* 5 vestris *et* 9 tuae *add.* 12 parcat *P, em. Bu.* celebis *P.* 15 postremo et *Bu egregie ex LXX: καὶ ἡ χεὶρ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐπ' ἐσχάτῳ καὶ λιθοβολήσουσιν αὐτὸν etc.,* remouent *P (*deinceps *Fl).* 16 abertere *P.* 21 *d. p.* deprehensae *add. Sk.* 24 inintegris *P, em. Bu.* 26 inhabitare · illic *P.*

22 manifestius discat*: cf. 46, 8.*

non nostis: interficiens necabis omnes quiqui sunt
in civitate caede gladii, et incendes civitatem
igni, et erit sine habitaculo, non aedificabitur in
aeternum, ut avertatur dominus ab indignatione
fol. 33r irae suae. | Et dabit tibi misericordiam, et miserebitur tui, et multiplicabit te si exaudieris vocem
domini dei tui, et observaveris praecepta eius.'
3 Misericordiae suae vobis sacratissimi imperatores deus
summus praemia pollicetur, et amplificationis maximae
augmenta decernit. Facite itaque quod iubet, conplete
quod praecipit. Auspicia vestra maioribus cumulata sunt
donis. ⟨In⟩ initio fidei positi divini favoris incrementa sensistis. Numquam vos manus dei veneranda deseruit, numquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati sunt
adversantium cunei, et rebellantia ante conspectum vestrum
semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub iugum
populi, et Persica vota conlapsa sunt. Nec stare diu
contra vos potuit malis suis ornata crudelitas. Dei virtutem utrique diverso sensistis eventu: vobis caelestis
victoriae corona conlata, et felicitate vestra nostra rele-
4 vantur incommoda. Haec vobis deus summus sacratissimi
imperatores pro fide vestra reddidit praemia, his vos interim remuneratos insignibus ad arcana venerandae legis
invitat. Pura mente · devota conscientia · incorrupto animo
clementia vestra caelum semper aspiciat, a deo semper
expectet auxilium, Christi venerandum numen imploret,
et pro salute orbis terrarum ac vestra · salutari deo spiri-

1 negabis *P.* 4 abertatur *P.* 11 comulata *P.* 12 ⟨in⟩ *add. Bu.* 13 sensistis Nũquã *P.* 15 reuellantia *P.* 18 *ex* potuit *(sic P) corr.* poterit *p.* onerata *Ha,* armata *Fl.* crudelitas Dĩ *P.* 20 conlata · &felicitate *P;* est *pro* et *Bu Ha.* 21 incõmodo *P.* 24 *d. p.* conscientia *add.* 26 nomen *P,* numen *p eadem adhibita litterae* u *forma qua 47, 13.*

14 *Math. 6, 28* nec Italis Sol aliquando denegabit imperia. 26 *cf. ad 31, 18 et 54, 9.*

tales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriae· opulentia· pax· copia· sanitas et triumphi, ut divina maiestate provecti· orbem terrae felici gubernetis imperio.

IULI FIRMICI MATERNI· V̄C̄· DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM EXPLICIT.

2 *d. p.* victoriae *add.* 3 protecti *Fl, d. add.* 5 IULI *P.* IULII *pr.*

3 *Math. 95, 7* ut laeti ac salutaris numinis *(cf. 82, 27)* maiestate provecti errantes actus providentiae magisterio gubernarent; *de* gubernare *cf. Mo 21; cf. de err. 76, 9.*

INDICES.

I. INDEX SCRIPTORUM.

II. INDEX NOMINUM

Uncis rectis [ ] ea nomina locive includuntur, quae in testimoniis sacrarum lectionum a Firmico allatis inveniuntur. Asteriscus (*) praefigitur locis vocibusve aut non satis certo lectis aut coniectura quamvis certissima restitutis.

III. INDEX VERBORUM

IV. SYNTACTICA.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. XI[1] l. 3 pro *igne* legendum *ĩ gñe, i. e. in genere, ut videtur.*

p. 2 6: *ita fere cl. p. 57, 14 censemus hanc periodum esse emendandam:* ⟨Divinam dispositionem⟩ manifestis rationibus exempl⟨orum prava imit⟩atione probabimus per diab⟨olum esse corruptam⟩ ut per hoc ⟨i⟩ps⟨um⟩ macul⟨ata⟩ cog⟨itatione⟩ spe⟨m⟩ f⟨utur⟩ae felicitatis perversa ⟨discre⟩tione perve⟨rteret et mise⟩ros hom⟨ines⟩ perpetuis calamitatibus ⟨inplicaret⟩.

p. 10 8: Nam quia *codicis ferri potest et tenendum cl. 32, 13; neque alibi vocula* num *Firmicus utitur.*

p. 12 4: *post* sexus *tacito repetendum* potestatem *cl. v. 11, non* [naturam.

p. 12 10 *pro* bovum *scribendum* boum.

p. 14 15: (animas) nostras, *quod olim legebamus, nec certo in P dispicitur nec stare potest, cum nusquam alibi apud F.* (mortal)īs pro -ēs *legatur. Coniecimus* anima videtur (esse mortalis), *quamquam quin* animas *sit in codice vix dubium.*

p. 25 17 *pro* licet (hoc *scribendum*) licet hoc.

p. 27 *in nota ad v. 1 corrige* verbis quae.

p. 40 4: *cf. Ov. Rem. am. 92* cum mala per longas convaluere [moras.

p. 52 25 ⟨conponit⟩] *recte, cf. 58, 6.*

p. 53 5: *cf. Ov. Met. II 216* in cinerem vertunt.

Quo si forte iā ablegati
tis tuis literis amicū
q̄ cito velis tibi restit
sed ut ad rē redeā
aut plane et captiui ab
quoquomodo res cecid
Eccle falsē igne, sed
exigimus, qd propter eo
faciēdū sit.
Hūc amiciū maxima
ut ī hoc extremo disc
quare, si videtur, dabi
quātū voles.
Illud oro a te petiss
quod Deus avertat, r

Pars epistulae a M. Flacio I

Norimbergā, queso dirrige ...
ad eū, q habet. Indicabis e
mi.
Nos putāg, q pōtis asertab
duce essmus, q dimittamur. Ver
erit, nō tātū pces tuas, frat
a cōsiliū expetimg. Valde
stātē cōfessione & passione
ex parte ideo ad te ableg
missione tecū colloquamur
is nūcio dimidiū talentū d
g ac flagitamg, ut si forr
obis asertatione aut et ex

llyrico scriptae, v. p. XI[1].

